



Coropædia, sive de moribus et uita Virginum sacrarum, libellus planè elegans, ac saluberrimis præceptis refertus

<https://hdl.handle.net/1874/423317>

Coropædia, si-

VE DE MORIBVS ET
uita Virginum sacrarum, libellus
plane elegans, ac saluberrí-
mis præceptis refer-
tus:

GASPARO STIBLI-
no autore.

EIVSDEM, DE EVDÆ-
monensium Republica Com-
mentariolus.

BASILEAE, PER IOAN-
nem Oporinum.

NOBILISSIMÆ AC
REVERENDÆ DOMINÆ
D. SCHOLASTICÆ à Falken-
stein, Abbatissæ laudatissimi MAZO-
NIS monasterij, sua Dominæ, &c.

GASPARDVS STI-
blinus s.



EATI mihi ui-
detur, SCHOL-
ASTICA,
singulare uir-
ginum decus,
quibus acce-

ptum beneficium cum fœnore
rependendi facultas data est:
infoelices uero, qui bene de se
meritis nullā prorsus gratiam
referre possūt. Quare cùm su-
binde mecum repeterem, quan-

a 2 tum

Epistola

tum tua benignitas in me nihil
tale promeritum contulisset, ni
hil' que in hisce humilime fortu
næ angustijs occurreret, quod
tua amplitudine dignum iudi
carem : decreui saltem aliquo
chartaceo munusculo uolunta
tis meæ propensionem, animi
que studiū testificari: siquidem
tantis tuis m'eritis erga me, par
uitas mea respondere non pos
sit. Cùm autē circumspecta
rem, quónam argumento pe
ctoris mei significationem da
rem : commodùm in mentem
uenit, de uirginibus ac earum
uita & studijs, aliquid scribere:
quod t. dignitati non iniucun
dum fore, certò sciebam. Et si
uerò humi non repat in uiolata
tua

Nuncupatoria.

tua pudicitia , nec egeat meis
traditiunculis integritas tua,
quæ sublimè uolâs arduū petit
æthera , supremumq; consum-
matæ uirtutis atq; uiætricis pal-
mæ fastigium affectat: eiusdem
tamen uite affectatricibus puel-
lis (ut spero) non erit infrugi-
ferus , nec ingratus libellus , si
tua sub tutela auspicio' que tuo
foras prodierit: neque etiā pau-
lo cōmendatior, si tua autorita-
te defensus fuerit. Hasce igitur
ingenioli mei primitias ad ma-
gnificos T. sublimitatis pena-
tes misi , testes grati , necdum
tantorum beneficiorum obli-
ti animi : quas obsecro serena
fronte , hilari' que uultu accipi-
at T. benignitas , me' que con-

a 3 fouere

Epistola

souere pergit , donec aliquid
ingenio perfectius, industria e-
laboratius , tuaque pietate di-
gnius elucubrem, tuoque nomi-
ni consecrem. Noli autem mi-
rari, Generosa uirago , me ma-
iore libelli partem occupare
nuthesij, hortationibus, pare-
nesibus : parcior em uero in di-
dacterij esse. Loci enim quos
tracto, alioqui triti ac noti sunt
quotidianis ecclesiastarum con-
cionibus. Deinde non leue mo-
mentum ad pietatis officia ca-
pescenda habere uidebatur , e-
iusmodi stimulos ac calcaria ad
preces, iejunia, frugalitatem, ca-
stitatem amplectendam uirgun-
culis subdere: a mundi delicijs,
uoluptate turpi, desidia, cupi-
ditatibus,

Nuncupatoria.

ditatibus, aliquanto liberiore
dicendi genere deterrere: item
aduersus carnem, diaboli im-
posturas, mundum, tentatio-
nesque concitatiore & horta-
tionibus congruo sermone ar-
mare. Quanquam id opellæ
quod ad uestri collegij alum-
nas attinet, planè necessarium
non fuerit: quum meus com-
pater D. I A C O B V S B R E N-
ZI V S , ecclesiæ uestræ antistes,
uir multa uaria que doctrina
prædictus, uite sanctimonia spe-
ctatus, simplex & cädidus, de-
nique mira quadam dicendi sua-
uitate amabilis, de his rebus in
suis concionibus ad plebem,
quibus & Vestales uos intere-
stis, examuissim & enucleatè dis-

a 4 serat:

Epistola

ferat: in cuius lingua, mihi fle-
xanima illa Suadela fessitare ui-
detur. Cæterum cum hoc a'
pographum uirginum uitæ &
studiorum describerē, uestrum
monasterium, ueluti archety-
pum & exemplar quoddam
beati cœnobij, ob oculos po-
sui. Ea enim apud uos est pie-
tas, animorum coniunctio, re-
ligionis sinceritas, ac puritas:
ea charitas, & erga pauperes be-
neficentia, in honestis que exer-
citijs assiduitas: ut Solon quis-
piam, aut si quis hoc sanctior
est, uestram rem publicam com-
posuisse uideatur. Abeit luxus,
impudicitiae etiam suspicio, in-
uidia, superbia: uiget omnium
uirtutum exercitia, uiget uerus
numinis

Nuncupatoria.

numinis cultus: procul ab auctæ
superstitiones, præstigia & im-
posturæ: corporis ornatus de-
corus, non monstrosus, qua-
lis ex uirgine laruale simula-
chrum facere solet. mensa mun-
da, frugalis, & hilaris: nullis le-
gibus de ciborum delectu, de
peculiaribus quibusdā ritibus,
&c. estis astrictæ: sed libero a-
nimo, summa alacritate, pecto-
re minimè simulato, sponso ue-
stro IESV CHRISTO uirgini-
tatem inuiolatam seruatis: qui
uestrum contubernium inco-
lume & saluū tueri uelit perpe-
tuò, & te in primis Generosa
& magnanima SCHOLASTI-
CA: qua fospite, in tuto Ma-
zonis domus stabit. Sed de-

a 5 fino, &

Epistola.

sino, & me t. amplitudini e-
tiam atque etiam commendando.
Vale. Selestadij, Anno Do-
mini M D L V. Idibus
Februarij.

T. A.

obseruantiss. & pla-
nè deditus,
Gasparus Stiblinus.

IOANNI OPORINO SVO,
amico in primis colendo, Ga-
spar Stiblinus S.



D te mitto, ornatissime
Oporine, libellum sacris
sue Vestalibus uirgini-
bus scriptū, ut tuam cen-
suram subeat, & arbitrio stetqu cadatqu
tuo: quem, si dignus uidetur, & operæ
precium duxeris, edere: sin minus, ab-
ycere, quò meretur, tibi liberum e-
slo. Neque enim iniquè feram iudici-
um tuum, etiam rigidius & asperius,
quod & PHILIPPVS MELAN-
CTHON, bonarum hoc seculo lite-
rarum Phœnix, & alij docti boniā
semper plurimi fecerunt. Hieronymi
librorum copia non est, etsi (nisi fal-
lor) in Bibliotheca BEATI Rhenani
sint. mihi tamen ius eius nullum est:
nec uolui

Epistola.

nec uolui fatigare magistratum, Reipublicæ negotijs nunquam non occupatum, & interpellationes moleste fermentem. Ipse pro tua prudentia (si uidetur) aliquid supplementi uice adiicias ex eodem Hieronymo, qui hoc argumentum non uno in loco tractat & agitat, ut pote nimius quoque uirginitatis admirator. Gregorius Nazianzenus etiam elegantissimum & eruditissimum de uirginitate carmen scripsit. Itaque, ut semel dicam, adde, deme, reseca, emenda, expunge, uel totum sub tartara mitte, ut animo tuo collibitum fuerit. Adiunxi huic de Eudæmonis republica Commentariolum, de quo item pro arbitrio statuas. Deus te in columem seruet, ut perpetuo sumptu, industria, uigilijs, labore & studio,


Epistola.


Rempublicam literariam augeas
atque decores. Vale: Selestaa-
dij, Idibus Februarij,

1555.

MATTHAEI TVNTHELI
Rheti dodecastichon in
Zoilum.

Pipereos morsus genuini auerte maligni,
Zoile: Vestali scripsimus ista pia.
Quae deuota Deo, cœlesti ut flagret amore,
Aeternum seruet uirgineumq; decus,
Ne terrenus amor diuinum extinguat amorem,
Né ue in perniciem caro rebellis agat:
Gaudia sed Christus, Christus solatia, Christus
Solus delicia, spesq; salusq; siet.
Tabificas igitur fauces mox improbe cludas,
Atq; tua infelix ilia ruptus abi.
Rideo te, & leuibus trado tua crimina uentis:
Sat mihi, uirgineo complacuisse choro.





DE VITA ET MO-
RIBVS SACRARVM VIR-
ginum, ad nobilissimam & Reuerendiſſ. D. D.
SCHOLASTICAM A' FAL-
CKENSTEIN, Abbatissam multū lau-
dati Cœnobij apud Mafminster, Libellus:
Gaspero Stiblino autore.



ARIAE priscis tempo-
ribus erant Christia-
nis uiuendi rationes,
multiplexq; ætatis a-
genda uia: omnes ta-
men ad unam metu-
tendebant, uidelicet
immortalitatem, supe-
rumq; confortia. Alij enim in solitaria loca
sese recipiebant, cursumq; uitæ cum paucis
socijs in humilibus cellulis transigebant. alijs
abdicatis penitus mundi commercijs, in de-
serta uastasq; terras, aut speluncas secedebat:
soliq; inter bestias ac feras uiuentes, assidue
precibus, diuinoq; cultui uocabant. nonnul-
li collatis in unum pecunijs, contubernia eri-
gebant, facta fortunarum communitate: ijs
dem etiam studijs, religione, ritu, precibus u-
tebantur. Quod faciebant, partim adoles-
cente Ecclesia, propter tyrannorum in Chri-
stianos sæuitiam, qui ferro, flamma, exilio, o-

*Varia uiuen-
di genera ne-
teribus Chris-
tianis.*

2 GASPARI STIBLINI
mnisq; generis cruciatibus in Christi Eccle-
siæ gremium accersitos extirpare conaban-
tur: partim iam corroborata, cùm pīj, cœle-
stium rerum amore uicti, mundiq; & rerum
terrenarum satietate capti, totos Deo se uo-
uebant, quō minore impedimento, & expe-
ditiores in pietatis studium incumberent.
Quæ uitæ genera, tam uiri quām mulieres
sectabantur, haud dubiè utriusque continentis
ac castitatis amplissima præmia à Deo conse-
quuti. Priscæ tamen monasticæ uitæ feu-
ritatis nostra tempestate uix obscura uestigia

*Corruptus no-
stræ temporis
monasterio-
rum statu.*
apparent: dum plerique huius uitæ cultores,
non pietatis, sed luxus explendi uenrisq; sa-
ginandi studio ducuntur. Olim in mona-
sterijs uitutum exercitia, honestæ discipline
industria uigebant: hodie impura morum
lues, uitia, luxus, omnia prophanan. Et quæ
contubernia quondam eruditio & uitu-
te claros uiros in orbem dabant: hodie præ-
ter Penelopes sponsos, nebulones, Alcino-
os que, neminem educant. Hinc tam gra-
ui inuidia pleraque Monasteria iam labo-
rant, omniumq; ferè odio digni habentur:
quod monasticæ uitæ sectatores, à pristina se-
ueritate ac uitæ temperantia ad Epicuream
quondam luxuriem delapsi sint. Calamita-
tem autem cœnobiorum, aut monachorū,
in præsens non est animus, nec etiam huius
instituti, insectari, Virgines, qui Christo nu-
pferunt,

C O R O P A E D I A .

5

pscrūt, aut nubere uolunt, erudiam: earumqp
 uitam, mores, studia, cæterasqp rationes pro
 ingenioli modulo componam, ac formabo:
 non ideo, Reuerendiss. ac Generosa Schola-
 stica, quod T. Sublimitati meis tenuibus tra-
 ditiunculis, humiliqp parænesi opus esse arbi-
 trer: aut quia aliquid tuæ consummatæ pie-
 tati amplius hinc accessurum sperem, cuius
 iampridem absolutū specimen edis: sed hoc
 pacto uitæ uestræ institutū alijs probius com-
 mendari, meiqp animi uoluntatem erga T.
 Sublimitatem, uuncqp declarari posse confi-
 debam. Per summa autem rerum capita i-
 turus, compendio studebo. Quare nemo mi-
 retur, me plurima omittere, quæ huc commo-
 dé afferri potuissent, si grandius uolumē mo-
 liti in animo fuisset. Volo igitur uirginē nō *Virginis de-*
 solūm à uirili contactu, sed etiam ab impudi- *scriptio, &*
 citioribus affectibus, ab omni spurca cogita- *prima insti-*
 tutione abhorre: hoc est, animo & corpore
 puram cädidamqp esse: quam in primis com-
 mendabit morum simplicitas. Nihil enim o-
 diosius in puella liberali, uafritie, astutoqp & *Mores sint*
 sagaci ingenio: ex quibus notas animi subdo *in puella sint*
 plicer. *negligens*
 li, inconstantis, Proteoqp; magis uarij depres-
 hendas. Ab alienant bonos uiros puellæ mo-
 res nimio subtile, loquax tacite indoles: pu-
 dentem animum declarant, candor, & inge-
 nuus pudor. Exquisitoris corporis cultus
 sit negligens uirgo, amet mūdiciem: nimiam

b 2

lauti-

4 GASPARI STIBLINI
lautitiam, delicias, pompamq; paruifaciat: to-
to pectore ad cœlos aspiret. Sit nutrita fau-
stis sub penetralibus, insitamq; uim promo-
uerit cura, & educatio. Nihil procaciter, ni-
hil intemperanter, libidinosè, impudenter fa-
ciat, aut dicat. Virguncula enim Christo nu-
ptura, illibatam uirginitatem sponso primis
animiq; doctibus ornet: ut pulcherrimè com-
pta, ei placeat, in quem solum deperit. Ni-
hil æquè Christum in mutuum amorem ra-
ptat, ac castitas: nihil citius ad iram prouo-
cat, quam in quinamenta libidinum. Allicit
Christum earum rerum contemptus, quibus
uulgas metitur fœlicitatem. Quo maiorem
occasione uirgini, sexus, ætas, forma, fortu-
na ad impudicitiam ministrant: hoc fragran-
tior generosus illius animus, tam suauirara-
rum uirtutū odore refertus, qui se inuictum
aduersus hæc omnia præstat. Dabunt igitur
parentes operam, ut puellam à teneris ungui-
culis ad uirtutem, & rerum æternarum defi-
derium ducant, ueræ pietatis semina paula-
tim instillent, omnem occasionem in uitia &
turpitudinem prolabendi adimant: innocen-
tiam, quam in baptismo induit, pro uirili tue-
natur, salubribus doctrinis, sanctaq; institu-
tione. Non sat est, in lucem liberos esse es-
ditos, nisi sedula diligensq; institutio, mo-
rumq; informatio adlubeatur. Ea est, quæ a-
nimum

C O R O P A E D I A.

8

nimum adhuc ab omni labo peccati integrum, erroribus vacuum, statim ad optimam ducit, honestis opinionibus imbuit, à libidinibus auertit. Est enim mens humana primò mollis, & quemcunque in habitum sequax: utq; facile optimis assentitur, ita leui ansa prebita, in uitia desuescit. Quare in primis parentum industriam, educationisq; officium requiro, si puellam huic (de quo loquemur) uitæ instituto destinarint. Nam cùm omni fere estate in utroq; sexu educationis cura plurimum ualeat: tamen maximè efficax & necessaria est in puella, statim ab ipsis uitæ primordijs adhibita, tenacissimè animis inhærescunt, quæ tunc imbibita fuerint, siue bona, siue mala sint. Est igitur puella etiamdum infans in virtutum cunabula pietatemq; nutrienda. Primum balbutire discet Iesum, iustitiam & celestia: horror quidam turpitudinis, parentum cura tenellis animulis ingignendus est, ut uitia, antequam cognoscant, ueluti presentissimum uenenum fugere assuescant, nō aliam ob causam, quam quod uitia sint: pietatem, & ipsum honestum amplectantur, admirenturq; præ cunctis rebus. Id fieri, si parentes coram liberiis grauiter, seuerè, sanctè uiuant: si Christum, ipsius doctrinam, cœlestem uitam, ipsorum auribus crebro occinant: si Gehennæ flamas inextinguibiles, horribilesq; Tartari carnificinas subinde inculcent:

b 3 fi

* GASPARI STIBLINI
si saepe per lusum etiam Christi uitam, exemplaque sanctorum uirorum referant: si omnis oratio eum in scopum intenta sit, ut aliquid honesti moneat, & a turpitudine deterreat; si casta, sancta, & grauis sit. Præsentaneam bonis morib. perniciem afferunt, colloquia praua. aspergit etiam adultioribus labem ob scenus sermo, nedum facili simplicis pueræ animo. Vnde Aristoteles nō iniuria, turpilo quia è Repub. exterminanda legibus censuit: quia plerunque turpia facta cum turpibus uerbis coniuncta sunt: & nulla pestilentior est bona indolis corruptela, quam uerborum obscenitas. Solēt autem liberi saepe numero parentum tam uirtutes quam uitiae referre. Cauendum igitur summopere, ne liberi malo exemplo ad turpitudinem inuitentur: quin parentes ad honestatem uitę moribus & sermone, uelut i faces preferant libe- ris. Consuescat item pueræ, statim cū Deo colloqui precibus: nec id cū tædio, sed summa animi alacritate. mirum, quantum mentis bona hinc, bona indoli accedat. Valde affectus Deus innocentu uirguncularu laudibus & precibus, quas proculdubio magno diuinę gratię cumulo compēsat. Nam ut non paulo gratius est uinum, quod ex puro, nulloq; acore corrupto dolio hauritur: sic multo suauius fragrant apud Deum preculæ ex sincero puroq; illibataq; uirguncula pectu sculo

*Verborum ob
scenitas &
turpia col-
loquia.*

COROPÆDIA.

sculo manantes. Abit enim assidua consuetudo in naturam. Quare si optimis statim assueta fuerit puella, sic ea coalescent, ut amplius reuelli non possint: nec ipsa facile in turpitudinem relabetur. Sic parentes suam uitiam moderentur, ut ex hac, puella omnium virtutum documenta sumere possit. Cauebunt summo studio, ne etiam leuissimorum viriorum speciem de se prebeant filiae. Nam saepe incurabilis morbi parva initia sunt, si medico neglecta fuerint. Proinde paterfamilias non solum ipse cum coniuge sanctos inculpatosque exigat annos, sed etiam omnem familiam in disciplina, morumque honestate contineat integrum. Clandestina colloquia misceri inuicem, non ferat: saepe enim hoc pacto occulta stuprorum & nequitiae procedera feriuntur. Sic denique cuncta instituta prudens pater, ut ubique plurima occasio virtutis sit obuia, & nusquam fenestra ad malitiam aperiatur. Sit ipse perpetuo constans, sui similis, nec minus iucundus quam seuerus, non præceps in iram, non metuendus suis, sed uenerabilis. Solam euagari non patiatur, nisi adhibita uel matrona, uel matre, uel uirginibus honestis. Nam iuxta Euripidem,

εἰς τύλον ἐργασίαν προβλέπειν τὸν νότον.
Apud Homerum summæ pudicitiae uirgo, Alcinoi regis filia, frequenti familiarum fatel

8 GASPARI STIBLINI
litio stipata, ad lauandum uestes pergebat;
cui uerecundiam, ingenum pudorem, sim-
plicitatem, poeta tribuit. A' iuuenum collo-
quijs & congressibus omnino cohibeatur
puella. Hic enim primus aries est, quo pudis-
cus puellę animus, quamlibet bene prece-
ptis & institutione munitus, quassatur. A'
turpib. obscenis ue spectaculis, iuuenumq;
lasciujs, oculos auertere insuescat: ne quid
maculæ etiam paruæ, puro pectusculo fuscis-
piatur. Linguae intemperantia minimè fe-
renda est in puella. Omnem enim mulierem
silentiū ornat, in primis tamen uirginem. Est
ille morbus, quē Græci uocat γλωσσατηξιον, ut
huic sexui peculiaris, ita ualde dedecorosus.
Interrogata, modestè & breuiter respōdeat.
Iucundam & amœnā esse puellam nihil pro-
hibet: ne sit tamen in risum effusa & procax,
loquelæq; nimium prodiga. hoc enim suspi-
cionem parum casti animi gignit: illud fau-
rem honestū conciliat. In omnibus mem-
bris corporis appareat ἀνεξημοσύνη, ac decens
quidam habitus: non ludibriandi oculi sint, ni-
hil lasciuum aut impudens præ se ferant: sit
uultus & os uerecundum: toto corpore ita
composita, ut modestiam & uen. statem ad-
mireris in ea, nec ulla impudicitia: signa de-
prehendas. Incessus constans, & uerecun-
dus, & qualis uirginem cōmendat apud bo-
nos uiros. Hęc omnia parentum industria &
cura

*Habitus &
oris composi-
tio, qualis pu-
ellam deceat.*

C O R O P A E D I A.

9

cura præstabit: si non differant, statim in tene-
ros puellarum animos semina uirtutum &
honestatis, candidosq; mores inserere: si in
puella, ueluti molli cera, illico rudia uirtutū
lineamenta effingant, quæ postea in pulcher-
rimarum uirtutum, usū temporisq; progres-
su, perfectas effigies absoluuntur.

Nec minorem rationem habebunt in ci-
bo potuq; præbendo; ubi certum modum fi-
gi necesse est. Nam puellā exquisitis edulijs,
delicatořūq; ciborum cupedijs innutriri, fra-
ctam, mollem, laborum impatientem, uolu-
ptatum aidam reddit. Aslueta enim semel
lautioribus mensis, ægrè reuocabitur ad tem-
perantiam: semperq; plus operæ uentri & gu-
læ, quam pietatis cultui impendet: nec pote-
runt altum quid aut sublime cogitare, talibus
delicijs saginatę mulieres. Vix enim cre-
di potest, quantam caliginem animo offun-
dat, immodicus cibi exquisitoris usus: in
quantas item rerum contemptarum for-
des demergat mollis educatio, à Græcis
παιδεία dicta. Deniq; ualetudinem cor-
poris labefactat, uires frägit & atterit. Nam
corpus, ipsumq; robur, solidiorib. cibis gran-
descit, attenuatur autem delicatořibus. Ve-
rum id adolescentulis solūm præcipio: nam
ætate prouectiores, uel uirium, uel ualetudi-
nis imbecillitas, nonnunquam morbus, & i-
psum senium, paulò tenuioribus, ngl̄ *τέποις*

*Victus ratio
puelle præ-
scribenda*

10 GASPARI STIBLINI

riposi alimentis uti cogit. Fæmineus sexus
alioqui est proclivis ad molliciem, & luxum:
educatione uero molli fit lôgè corruptior.

*Otium puel-
la non indul-
gandum.* Meminerint deniq; germinantem uirgù-
culam ueluti fructiferam arborem alendam
esse, & exercēdam laboribus. Quis enim ne-
scit, quæ uitia secum trahat otium: quantorū
malorum occasionē ministret desidia? Co-
lo igitur, lanificioq; precibus item & doctri-
næ assidue uacet puella: nec ullum tempus
prætermittat, in quo non ad uirtutem profi-
ciat. His itaq; proœmijs uirgo Christo de-
stinata, præludat ad augustiorum uirtutum
opera. Interim animus illius singatur hone-
stis literis à matrona, uel à uiro spectatæ pro-
bitatis & fidei, in quo eruditio & doctrina

*Literis infor-
mada puella.* sit mediocris, mores sancti: ut nihil in puel-
lam nisi sanctum ac sincerum transfundant.
Linguam uernaculam cum lacte materno su-
get: Latinas literas, ubi prima Grammatices
elemēta mediocriter didicerit, percipiet tum
*Qui ex pro-
phaniis in uir-
ginea scholā
sunt recipiēti.* ex sacris tum prophaniis scriptoribus. Pro-
phanorum autorum delectus habendus est.
ij enim solum recipiendi sunt in Coropædiā,
qui salubria uitæ præcepta, eximiaq; hone-
statis exempla continent, que puellam ad uir-
tutum studia allicant, ac ceu tenuioribus es-
sculentis in grandiorem pietatem alant. in
quibus, singularem elegantiam nō magnopere requiro. Sat est, Latinam linguam sicim
bibisse,

bibisse, ut sacrorum bibliorū uolumina probē ad literam (ut sic loquar) intelligat, & celebrioribus Ecclesiæ doctotoribus colloqui interdum possit. Quanquam ita sagacibus ingenjs muliebrem sexum dotauerit natura, ut & alijs philosophiæ disciplinis descendis sufficeret, ac par esset (ferè enim foemini hac in re magis propitia fuisse uidetur, quam uiris) ut in Medea Euripidis chorus mulierū & ingenium & sapientiam sibi uendicat, *αὐτὸις οὐσαντες οὐδὲ οὐδὲν, οὐ προσθεμέναι, σοφίας ἔνεγκεν.* tamen non satis tutum est, in uarias artes erudiri puellam, quæ animum lubricum, neq; fatis constantem, sæpen numero auertunt à uera pietate, ac in fraudem pelliciunt. Nihil enim liberales disciplinæ, linguarumq; peritia, ad bonam mentem faciunt per se: nisi prudenter his utatur, qui hæc asscutus est. Preçium enim ac utilitas, dignitasq; ingenuarū artium, & philosophiæ metienda est animo, & uita possidentis. Nec tamen me fugit, non paucas insignitatē pudicitię mulieres uariarum doctrinarum gloria floruisse: quarū alia intortos & inexplicatos uiris nodos ingeniose secuit: alia diuinorum oraculorum sensa grauiter explicauit & aperuit: alia denique dulces pedestris orationis numeros sua. uiter lusit, modulataq; est. Sed cum talium exempla riora sint, consultissimum esse existo, ut puella perceptis mediocriter Latinis

12 GASPARI STIBLINI

nis literis, illico ad pietatis munia accingatur. Gratus Deo est puerus animus simplex, castus, nullaq; labe deuenustatus. Simplex castitas, castaq; simplicitas, pluris apud Deum sit quam, uniuersa dicendi artium panoplia, totiusq; philosophiar; scientia, cum animo improbo & nequam coniuncta. Ceterum uir ne au mulier probata, sit adhibenda pueris, dubitari possit: dum alij matronas pudicas, famq; honeste, eruditas, proficiendas censem, quibus & tutius & decentius sit puellas committi: alij, uiri grauis, innocentis uite, grandiorisq; natu, operam conducendam ad hoc arbitrantur, qui & integrius & sanctius, & feliciter sibi creditas uirgines instituat: sicut ab Euripide, Antigone Thebarum regis filia, in cuiusdam uetuli pedagogi disciplinam tradita inducitur. Ego non ita multum referre arbitror, siue uiro, siue matronq; hec erudientem puerus prouincia tradatur, si doctrina mediocris, uiteq; innocentia, morumq; candor paria faciant. id enim solliciter cauendum, ne quid luis aut ueneni casta uirguncula corrupto pedagogi affletur. Ut summatim dicam, in sinu & gremio bonorum integrorum que parentum, aut pedagogorum cura foueatur & alatur: nec quicquam uideat, aut faciat, nisi quod cum laude uirtutis coniunctum sit: nihil audiat, nisi quod honesti aliquid meant, aut a turpitudine abhorreat. Hec bre

uitate de prima institutione uirginis, dum ad-
huc in parētum cura est, dixisse sufficiat. iam
reliqua, quæ adultiori puellæ salutaria uide-
buntur, prosequemur.

Vbi igitur uirgo mediocriter in his pri-
mis uirtutum rudimentis exercita fuerit, gra-
dus faciendus est ad grandiora, magis' que *Vita genus ei-*
ardua: deliberandum que de uitæ genere, ad ligendum.
quod natura propensior esse uideatur. Nam
urbos ad aratum adhibēdus, equus ad cur-
rus, canis ad uenatum: sic homo eam uitæ ra-
tionem capessat, ad quam natura appositus
sibi esse uidetur. Parentes itaq; indolē & inge-
nium puellæ diligenter explorabūt, animūq;
periclitabuntur, quō potissimum propen-
deat. Cuius enim rei aut instituti cupidinem
natura nobis inseuerit, eam ferē solemus af-
fectu quodam, naturāq; impetu per omnē
uitæ cursum persequi: quodq; *narrat tū quo mūlū*
igulu in primo ætatis flore radices figit in a-
nimo, id postea uix euelli potest. Quare si pu-
ella à nuptijs natura abhorrete uideatur, &
uirginitatem perpetuò tueri cupiat, iam nō
amplius de genere uitæ ambigant paren-
tes. Id uero multis coniecturis ex quoti-
diano uitæ usu diuinari potest: Si commercia
aliarum puellarum fugiat: sola esse gaudeat:
precibus sedulò intenta sit: si deliciarum mu-
liebrium, pompa & luxus negligens sit, uo-
luptrates inhonestas aspernetur: si deniq; se-
uerior,

Signa animi
celibet uti-
tam ampla-
etentis.

14 GASPARI STIELINI

uerior, cœlestium rerum amore flagrantior,
doctrinæ sanctorumq; colloquiorum au-
dior putetur. Hisce & alijs eiusdem farinæ ar-
gumentis, quæ prodet consuetudo quotidia-
na, persuasi parentes, de cœnobio siue colle-
gio aliquo dispiciant, & consultent. Hic ue-
rò maximè cautos esse conuenit, ne quid res-
meret, aut præcipitanter agatur. Sunt enim ua-
ria uirginum collegia, nec omnia unius insti-
tuti monasteria: dissident quippe ordine (sic
uulgo loquuntur) regula, uictu, uestitu, precu-
larum ritu, &c. in quibusdā superstitionum
plurimum, pietatis minimum: in nonnullis
meræ deliciæ carnis, uita Epicurea. non pau-
ca uerius dici possent luparū latibula, quam
uirginum domicilia: ita quibuslibet impuris
nebulonibus patent, in plurimis, nimius cę-
remoniarum, nullus ueræ religionis cultus
apparet. Habent etiam quælibet cœnobia
quasdam preces peculiares, habent suos ui-
uendi ritus, regulam, corporis cultum, cibo-
rum delectum: quarum rerum legibus astri-
ctæ uirgines, non audent latū digitum à præ-
scripto discedere. obtinent pietatis opinio-
nem & imaginem, sed à re alienissimæ sunt:
non secus ac carbunculi ignis & nomen &
speciem habēt, cum ignem non sentiat, pro-

*Multiplex di-
scrimen ceno-
biorum-*

Exteriorculpter quod ἀπεργαται dicti sunt. Ut autem ue-
tus & cere-
stitus, ciborum delectus, cæterę ceremonię
monia. per se nihil animo conferunt, ita etiam impe-
dimentο.

dimento non sunt proficiens. Et quem-
admodum nec redimiculum, siue diadema,
capitis dolorē mitigat, nec annulus precio-
sus rediuiæ medetur, neq; podagram nodo-
sam caligæ leniunt: ita nec exterior corporis
habitus, aut cæremoniæ satis sunt ad abigen-
das animi egritudines, ad sedandas perturba-
tiones & infinitas cupiditates: nisi mens in
Deum porrecta, uitæ immortalis desiderio
flagrans, pijsq; Euangeliæ doctrinis imbuta
accesserit. Deus enim, qui spiritus est, & à cor-
pore natura remotissimus, spiritualibus offi-
cijs coli debet: quoq; pietas à sensibus remo-
tior, hoc Deo gratior est. In tale igitur colle *In quale ead nobium vir-*
gum adoptetur ingenua puella, quod sit fa-
go danda.
mæ honestæ, & existimationis bonæ: cuius
alumnas pridem commendarit, uitæ sancti-
monia, pudicitia, castitas: ubi diuinis rebus
assidua opera detur, primaq; cura tribuatur,
minimum uentri & gulæ seruatur: tutum sit
illud ab insidiatoribus pudicitiarum: sint o-
mnia uirginis moribus & animis consona,
hoc est, casta, sancta, sobria, & simplicia. Ab
istis omnino cauendum arbitror, qui stultas
puellas sœpè blandimentis ad suæ uitæ insti-
tutum pertrahunt, & in casses pelliciunt, un-
de postea se se non facilè expediant. Huiusmo-
di male feriati homines fucis similes sunt,
quibus si alas ademeris, ac in alueum reiece-
ris, cæteris item alas adimere conantur, ne
melior

16 GASPARI STIBLINI
melior aliorum cōditio sit quām sua ipsorū.

Detur spaciū deliberandi puellæ: non
præcipitetur in monasteriū, sed adulat arbitri-
trium eligendi uitæ genus, quod maximè
uult, relinquatur. Nolo fidem suam instituto
uni iuramento astringat, & in professionem
oblatam conceptis uerbis statim iuret, nisi
prius bene gustata cœnobaricæ uitæ ratione:
nec uolo ita affigi, ut auelli non possit: sit li-
berum & arbitrarium, nihil coactum, aut in-
uitum. Deo gratum est, quod ex libera uolu-
tate proficiscitur, non quod ui extorquetur.
Plurimum igitur peccant in hoc parētes, qui
liberos suos obtorto collo ad hanc uitâ tra-
hunt, quantumuis abhorreāt. Scepe uixdum
infantiq̄ tempus egressas puellulas, monasti-
cę uitę obstringunt & obligant, ne grandi-
cum dote uiris elocandę ueniāt: & dum tan-
tulę pecuniolę parcitur, non raro tori generi
dedecus conflatur: parentes & filia in luctus
cōsciuntur. Matura deliberatione opus est,
ne præcipiti consilio fiat, cuius postea tam pa-
rentes quām puellam, serò & frustra, pœni-
teat. Parentum curę & prudentię est, optimę
consulere filiabus: quarum naturę indoli, na-
turaliq̄ animi propensioni morem geri hac
in re necesse est, si modo infelioris libero-
rum euentus metuentes sint. Calceus ad pe-
dię formam suendus est, non contrā: ita uitę
genus eligendum, iuxta animi affectus.

Forme

Formemus igitur nos puellam non amplius fluctuātem, sed cui fixum certumq; hoc uitæ genus sit: hoc est, quæ maturo consilio, deliberatoq; animo, hanc rationē ætatis degendq; constituerit: in qua re antea omne cōsiliū ad naturam cuiusque reuocandum est (ut dixi paulo antē) eaq; uiuendi uia sequenda, ut in perpetuitate uitæ constare possit: cū rāq; adhibenda, ne implicetur aliquo genere uiuendi, priusquam poterit iudicare ob consiliū imbecillitatem, quod optimum fuerit.

Amplexata ergo cœlibatū virgo, primū animū suū à terrenarū fugaciumq; rerū curis vindicet, cœliq; & immortalitatis amore inflammet: qui multa Dei ḡternorūq; contēplatione inardescere, ingentemq; cumulum letitiae humanæ menti afferre solet. Nulla mora interiecta, animus alendus est cœlestis doctrinæ manna: diuinisq; cogitationibus omnēs motus, perturbationes, immoderati que affectus extirpandi sunt: ij enim animo tenbras obducunt, & ad terrena caduca que deprimunt. ~~adūlatoꝝ & waroꝝ~~, bellum' que internecinum gerendum est cum mundo, & carnis cupiditatibus, domesticis hostibus, qui ueluti ex insidijs in nos tela iaciūt, animamq; lethali uulnere sauciant. Mens precibus, hymnis, sacrisq; cantilenis excitanda, & ad Deum à mundi commercijs auocanda est: hisce telis in assilientes carnis tentationes pugnādum

*Primum
mens ad cœ-
lum attollen-
da, & à ter-
renis curis
carnisq; cupi-
ditatibus au-
ocanda.*

23 GASPARI STIBLINI
erit. Errant stultæ puellæ, quæ beneficium
agi putant, si à populari cœtu se remouerint,
hominumq; conuersationem fugerint: cum
interim circumferant secum mille cupidita-
tum morbos, stipeturq; longa affectuum ^{receptio}
~~receptio~~ caterua. Talibus ferè accidit, quod
in pelago diu aduersa tempestate iætatis, sal-
sed in emq; reuomentibus accidere solet: qui
pertæsi majora nauigia, ut pote multum sali-
secum trahiētia, in scapulas aut lembos de-
scendunt, in quibus multo maior nausea ob-
oritur, periculosiusq; feruntur quam in ma-
gnis nauibus: Sic & istæ uirgines uehemen-
tiore curarum & cupiditatum æstu auferun-
tur, quam si in media hominum frequentia
gratam transigerent, nisi ~~lætitias~~ consol-
piant, affectuumq; prauorum fluctus discu-
tiant. Sed nunc, quibus modis mens à cor-
pore a natura, terrenisq; cupiditatibus sit a-
uellenda, totaq; ad celos transferenda, do-
cendum est.

*Christus an-
te omnia sco-
pus uite to-
uisfigendus.* Principiò assuecat initia uirgo, omnia
ad unum Christum referre: sit ille unicus sco-
pus, in quem oculos figat: omnia hoc uno
metiatur: in hoc uno cōquiescat: sit meta, ad
quam tendat: sit confugium, asylum, præsi-
dium, solarium, spes puellæ: hunc in ore ha-
beat, hunc in pectore gerat, huius coram in-
tuendi desiderio tota ardeat: ad hunc omnes
conatus referat; in huius uita, ueluti speculo,

se quotidie contempletur: huius opem in omni casu imploret: huius nomine assidue adoret. facessat omnis desidia e pectore: in solius Christi autoritate delirescat. omnes illius ueni rationes totis uirib. sectetur. Sordeat uoluptas, sordeat omnis mundi pompa: sordent strepitus diuitum & potentum. Nihil puellam iuuet, nihil recreet, nihil afficiat, preter unum Christum: Christo se tota uoueat: huic odoratum uirginitatis florē offerat: huius amore uicta, mundū repudiet: huius pulchritudine capta, omnia terrena contemnat: huius delicijs irretita, abieetas carnis delicias recusat. In hoc quiete capiat, in hoc somno expergesiat. Hoc nauclero, non amplius in isto uariarum cogitationum salo fluctuet: huic ceu saxo adh̄gescat, nec ullis huius mundi procellis in altum se abripi patiatur. Hæc sunt prima pietatis, Christianæq; militiae tyrocinia. Hosce autem pios affectus in Christum, inginet animo uirginis multa assiduaq; meditatio, quæ sit metis discessus quidam à corpore: si tecum uoluas, quam uanæ sint huius mundi præstigia, quam breue uiuedi spacium, quam insidiosæ deliciæ carnis, ut nulla in hoc mundo tam sincera uoluptas sit, quin aliquid fellis admixtum habeat: ut omnia huius commercia sint fucata, tecta, fraudulenta, animæq; exitiosa. Si item ob oculos ponas illorum exempla, quos mun-

Meditatio-
nes pia &
assidua.

20 G A S P A R I S T I B L I N I
dus in aeternum exitium merserit: Denique si
tibi persuasum sit, nihil in uniuerso orbe es-
se, quod tibi possit uitam immortalem, nul-
lisq; doloribus aut ægitudinibus contami-
natam conferre. Quò igitur puella te uer-
tes, ad quem alium confugies, nisi ad Chri-
stum, *λύπα ταῦτα*: qui æquali imperio cum pa-
tre mundum administrat, habensq; rerum
cœli & terræ flectit: cuius in manu sunt om-
nia: qui, quicquid petieris, affatim suppedi-
tare potest. Iam inaugurata puella cogites
crebro, quam charum te Christus habuerit,
quanti te fecerit: qui tua causa è supremo cœ-
li fastigio, adorandoq; diuinitatis throno,
in hoc miseriaruin pelagus deuolarit: qui im-
mortalis, se fragili mortaliq; carne sub castis-
densissimas errorum, diaboliq; officiarum
caligines, ueneranda luce ueritatis discuse-
rit: deniq; pro te ceruicem innocuam carniifi-
cum gladijs lacerandam præbuerit: nec cru-
cis quoq; supplicium recusarit, ut te, qui tua
præ culpa perieras, imminēti exitio eriperet,
iterumq; cœlo assereret, ac ueluti postlimi-
nio recuperet in pristinum consortium. Quæ
facundia humana eloqui posset beneficij hu-
ius infinitam magnitudinem? Deum, quem
nec cœli capere possunt, in humani corpuscu-
li angustiam concludi uoluisse, ut recluderet
muniretq; aditum, gehennæ supplicij reis mor-
talibus,

talibus, ad diuorum uitā, in priscamq; liber-
tatem ac dignitatem miserrima seruitute op-
presso restitueret. Hæc subinde repetens
secum uirgo, arcanam diuinitus menti affla-
tam sentiet uim: augescetq; mirum in modū
æternarum rerum desiderium, ac ueluti flam-
ma admota animus Christi amore incale-
scet. Extinguentur mox prauæ cupiditates
carnis: suave & dulce fiet iugum Christi: ieiunia,
castitas, sobrietas, seueritas, assiduae pre-
ces arridebunt: luxus, laudiae, ceteraque mala
gaudia uitæ displicebunt. Frustra impetus fa-
ciet Diabolus: nulla uis perfringet animum
uirgunculæ, tam uigilatæ ac munitum: nul-
la syrenes mundi, nullæ uoluptatum præsti-
giæ, fraudum laqueis irretitam puellam deti-
nebunt, si talibus contemplationibus sedulo
vacarit, ac subinde cœlestis politiæ, sancto-
rumq; consortia animo intueatur: ad quæ ma-
guo desiderio anhelet, solaq; memoria ha-
rum rerum recreetur. Hisce enim meditatio-
nibus animus surrigitur, cœlestisq; uitæ cupi-
dine accenditur.

Qyod si non pigeat, castissimæ uirguncu-
læ, accipite paucula quædam de mundi & dia-
boli præstigijs: de carnis q̄stu, ac passionibus:
cognosciteq; simul pharmaca aduersus hasce
periculosas pestes, quæ tam corpori quam a-

*Tres capita-
les hostes ho-
minis minus.*

Tres igitur sunt hostes capitales hominis,

ES G A S P A R I S T I B L I N I

Caro, mundus, & diabolus: qui coniunctis uiribus obnoxie tendunt in perniciem a-

Caro. nimarum. Ex quibus caro, intestinus aduersarius, atq[ue] intra uiscera latitatis, & ob h[oc] longe exitiosior, oppugnat nos acerrime infinitis prauarum cupiditatibus generibus: puluerentenebras, caliginemq[ue] offundit animo: &, nisi tempori occurratur, diuinam æthereæ naturæ particulam, mentem, in extrebas sordes deprimit, & tādem in exitium ipsum des-

Sathan. mergit. Diabolus multis myriadibus satellitum comitatus, eminus & minus in nos pugnat, omnes machinas admouet, ut in suos laqueos coniiciat, in æternosq[ue] cruciatus catenatos trahat. Hic in aere, in omnibus terræ angulis, locis, latebris insidias nobis collocavit, que sedulo in animarum nostrarum perniciem inuigilant, omneq[ue] genus crudelitatis exercent.

Mundus. Mundus probè ad exitium instructus astu & dolo, irrepit in animos hominum, miserisq[ue] modis fascinat. Personatus enim specie boni, innumerabilib. fucum facit: arridet, blanditur, inuitat, illicit, pollicetur, attrahit: sed intus immensam ueneni vim condit, ipsam perniciem secum fert: tument pectora felle & uiore: sub cure pus atrum, immundaq[ue] sanies latet. Inter se conspirarunt hi hostes, in necem hominis: mutuasq[ue] tradunt operas, ut nos deiçiant. Hic strenuam & indefessam se uirgo praestet oportet, hic non

Non segnis excubias agar, assiliētesq; hostes
fortiter sustineat necesse est, ne quando ex im-
prouiso obruta succumbat: non autem suo,
sed Christi prēsidio frēta, manus cum hosti-
bus conserat. Nunquam feriantur isti, nullas
indicias paciscuntur, sed perpetuō uel clan-
destinas necis infidias struunt, uel uiolēter
& apertē impetū faciūt. Ut clancularias frau-
des prudenter eviter, uicissimq; furentem ho-
stem cautē excipiat uirgo, prius animus mu-
niendus est doctrina, exemplis: firmandus sa-
lubribus meditationibus, pīscq; precibus. A-
lioqui nuda, & omni occasiō ac fortunē ex-
posita mens, facile quibusuis incursionibus
prosterni solet.

Subinde meminerit uirgo, quāto mēs hu-
mana corpore sit præstantior. Hoc enim ca-
ducum, flaccidum, crassum, morale, luteum;
illa ex diuina particula decerpta, cœlestis, sem-
per uegeta, sublimis, proculq; ab interitu se-
mota est. Hoc sordidis, fugacibus, & ijs so-
lum quæ oculis cernuntur, capitur; illa diui-
nis, solidis, à sensu' que remotissimis delecta-
tur. Hoc deorsum tendit: illa ad superos aspi-
rat, hoc cum bestijs naēti sumus commune:
illa ad angelorū dignitatē, Dei q; expressam
imaginē, p̄ximē accedimus. Et quāto inter-
uallo dissidēt inter se mortale & immortale,
eternum & caducū, terrenū & cœleste: tantū
distant corpus & anima, dissident autem im-

*Corporis &
anima cole-
latio.*

24 GASPARI STIBLINI

Contra carnē antidota. menso discimine. Quare indignum animi præstantia, carni, uentriq; seruire: id enim beluarum est, quas natura pronas, uentriq; obediētes finxit. Frenum iniiciat uirgo indoluptati subiicit, & nunquam satiandis cupidatibus hominem differt. In primis ergo utile, ut puella perpendat uoluptatum naturas, animiq; nobilitatem. quippe nulla pestis capitalior uoluptate, quæ non modò lumen animi extinguit, sed totum hominem magica quadam metamorphosi in bestiam transponit. Quid fœdiss & indignius, quam hominem totum emancipatum esse corporis ministerio? quam, οὐδενα λόγος turpiter carnis affectibus subiacere! Melle litum uenenum uoluptas est, quæ momentanea delectationi cula gustantē irritat, & necat tandem. Proditum est memorie, latrones ab Aegyptijs Philistas uocatos, in hoc amplecti hominē, ut strangulent: sic uoluptates, dum blandiuntur, occidunt. Hæ sunt illæ Sirenes, de quibus poete fabulantur: quæ cantus illecebra, uocisq; lenocinio præternauigantes detinēt, fascinant, submerguntq;. Has Circe illa uenifica figura, quæ Vlyssis socios irretiuit, & in bruta animantia ueneficio mutauit. Hæ lotus arbor illa, cuius fructu allecti Vlyssis milites, usq; immori illi uoluerunt, patriæ honestatisq;

Voluptas carni satelles.

statisc̄ oblii. Hę mōstrum illud horrendum
 Scyllę, ἀθάνατον νεκτόν (ut Homeri uerbis utar)
 δυνίν την αργαλέων τι, ηγέτην Ἀγριου, οὐδὲ μάχητον.
 quæ fractas naues scopulis illidit, & absor-
 ber. Quoscunq; pestiferq; uoluptates am-
 plexe fuerint, perdunt, ac per præcipitia in e-
 xitium deuoluunt: uarijs blanditiarum præ-
 stigijs captant, inescant, inuitant, irretiūt ful-
 tos mortales: captos in profundum cladium
 demergunt. Ne igitur pateant aures huic al-
 lectantium Sirenum illicio:

Διηρήσεις ιανού πολέμου διαβατού μέγατος καὶ αχαΐας.

Νῦν κατάγνωσον, οὐαντίπλου εἴτε ανέσονται, &c.

Sed cera obturentur aures, & (ut Xenophō
 inquit) mēs firmetur diuinis sermonibus ac
 doctrinis, honestisq; actionib. fortissimāq;
 compede philosophiæ primi carnis impetus
 constringantur. Non libet hic commemo-
 rare, quo Resp̄ublicas, quo homines illę la-
 befactari int, funditusq; euenterint: Quo uir-
 torum facultates, fortunas, honores, famam
 obtruerint, & obscurarint pestes illę: quorū
 exempla apud scriptores uarios, plurima ex-
 tant. Et apud Spartanos olim adeò infames
 & contempti habebantur uoluptatibus de-
 diti, ut Pharax Lacedemoniūs, cum Tarenti-
 nis in prælio adesset, ac occumberet, ob hanc
 solam causam ne sepulturę quidem honori-
 bus dignus haberetur. Ut uidetur, balsama
 illę rorant, cynamoma fragant, morsican-

28 GASPARI STIBLINI
tes sunt oculi, suauium imprimunt: sed uenes-
natores aspide, perdūt, dissipant, extingūt.
intus enim conditi sunt aculei, intus lues, fœ-
tor, pestis latent. Nunquam satiabiles uolu-
ptatum cupiditates: & quo affluentius hau-
xiuntur, eo ardentiorem sui sitim relinquunt:
semper ueluti scabiosum membrum, frictu-
opus habent: titillant breui delectatiuncula,
sed mox eandem longè acerbioribus conse-
entię aculeis commutant. Nec enim ulla uo-
luptas tam mellita & dulcis est, que non plu-
ximum aculeorum & ueneni simul addat.
Quod uero aliud grauius damnum inferri
queat humanae mentis prestantiae, quam ho-
nestatis neglecta cura, leuitas, mollices, i-
gnominia, turpitudo, quibus uoluptas cor-
poris sua mācipia afficit. Ut interim raceam,
quam grauiter Deus offendatur intemperā-
tia: quam horribilia supplicia incontinenti-
bus, luxuq; diffluentibus minetur. Cogites
uirgo, si quando belua ista incursiones fa-
ciat, quantæ sit dementiae, numinis iram te-
prouocare, animę exitiū accersere, infra bru-
torum conditionem abiisci: diuinam illam ar-
chetypi Dei imaginem, quam in homine ex-
pressit. deformare, cœlestis uitæ iacturam fa-
cere, fœdarum cupiditatum gratia breuissi-
mæ uoluptatulæ morigerantem: famæ item
& ualeudinis, dignitatis, fortunarum, diui-
ni fauoris dispendio, tantillæ oblectatiuncu-
la

Le pruritui indulgere. In pecudum numero habendus est, quisquis his ferinis uoluptatibus praevinctus est. In primis autem detectabiles sunt earum cupiditates in uirgine, quae Christo nupsit. Deterreat ergo uirginem à tam infamibus uoluptatibus, primū ip̄sa turpitudo: fœdissimum quippe, quadrum pedū more toto impetu ferri ad eas res, quæq; uentrem saginant, carnemq; titillant, quæq; plus aloes quam mellis habent. Quis enim nescit, uoluptatis individuum comitem esse dolorem? Deinde, vindictę numinis horror: grauissimè enim irascitur Ihs, qui beluini istis uoluptatibus sunt dediti. Crebro imaginatione concipe, unicum omnis uirtutis & castitatis fontem ac specimen, Christū: qui dum mortali carne amictus, inter homines ageret, suo exemplo docuit, quam grata exemplar ab illis sit puritas mentis & corporis: quam item solutissimum magno odio habeat luxuriem, carnisq; contagia libidinosa: castè, sobrie, seuerè uixit: de uirgine nasci uoluit, ut & mentis & corporis candorem, ac sanctitatem pariter commendaret. Omnem ætatem & operam consumpsit ieunijs, precibus, morralibusq; docendis. Fleuisse sēpe fertur, risisse nunquam: cum tenuibus discipulis frugali mensæ sēpe accubuisse, assatis pesculis famem stomachumq; placasse: lauius epulatus nusquam legitur. Detestatus est ubiq; luxuriem, temperatiā semper

*Christus a...
mnis uirtutis
& castitatis
exemplar ab
illis sit puritas mentis & corporis: quam item solutissimum*

Dignitas ho- semper commendauit. Fabricatus est ar-
minis. chitecton ille Deus hominem, secundum i-
 maginem suam: intelligendi uim tribuit, im-
 mortalē esse uoluit, paradisi delicijs frui per-
 misit: lapsum uero propria culpa, denuo ere-
 xit, suoq; sanguine cœlo afferuit: animum de-
 dit, qui carni imperet & dominetur. Iam
 cogita, quām sit indignum, tam nobile & præ-
 stans opus Dei, hominem, in quo quadam
 diuinitatis effigies apparet ab hoc tetroimo
 uoluptatum genere duci, furentibusq; cadu-
 ci corporis affectibus succumbere. Tales ni-
 mirum, Græci grauissimi uitij vocabulo *slu-*
tarctos, y aligatæ appellant. Cogita gustus &
poris uolup- tactus uoluptatem esse planè (ut dixi) feri-
tatum. nam, momētaneam, honestati & uirtuti cō-
 trariam, Deo inuisam, corporis ualetudini
 inimicam, animæ mortiferam, ad immorta-
 lem uitam aspirantibus perniciosam remo-
 ram. Quare uirgo, habens aliquid huma-
 ni pudoris, istis uoluptatibus, quæ sunt ho-
 mini cum asino & sue communes, nunquam
 gaudebit: sed potius animi delectationem à
Vera uolup- pietatis officijs peter, sinceramq; uoluptatem
sas. uera uirtute, & diuini cultus ministerijs para-
 bit, quæ plena lætitia, solidoq; gaudio men-
 tem perfundit, saeuis tumultibus conscientiā
 liberat, Christo adglutinat, à terrenis sordi-
 bus uindicat, in sublimeq; erigit. Ita uero pu-
 ella sanctissimis mentis recessibus allaben-
 tes

tes blandarum uoluptatum cupiditates ar-
ceat, ut etiam in minimis, leuissimisq; sibi
nunquam ignoscat. Ut rosæ odor semper est
suanis, sic uirtutis: at uoluptatum corporis
breue & euaniendum gaudium. Habeat in pro-
cinctu salubria sapientum monita, sacrarūq;
literarum oracula, quibus oppugnantes cu-
piditates fortiter repellat: bonaq; & diutur-
na consuetudine, multoq; exercitio effrena-
tos carnis motus gubernatrici rationi subia-
gar: nec patiatur animum affectuum procel-
lis obrui, quis quamlibet insanias, ratio nau-
cleri officio fungens, clavo prudentiæ & sapi-
entiae discutiat.

At subit huic calamitati immani truculen-
tia Sathan, qui ita deuotus est in humanæ gé-
tis exitium, ut ne unum quidē temporis mo-
mētum uacuum præterire sinat, quin ceu leo
rugiens, & sanguinolēto rictu prædæ inhiās,
obambulet, animarumq; laniganam querat.
Hic uero uerbis consequi non possum, quas
molliatur insidias, quot iaculis, quot telis co-
minus & eminus feriat, quibus arietibus mē-
tes hominum concutiat. Non usitata hostiū
ferocia infilit: sed plarunq; sub specie boni fu-
cum facit, clandestinas insidias collocat, lati-
tat, subrepit, fascinat, fallit, nunquam dormi-
tat, fatumq; necemq; incautis animis secum
ferens. Ex improviso ueluti serpens allabi-
tur, tentat pectora mortalia uoluprate, ira, su-
perbia,

Sathan.

30 GASPARI STIBLINI
perbia, auaritia, libidine. Contabescit ille huius
mang calamitatis autor Sathan, tam felici &
beata hominum conditione: nec aliud sui do-
loris lenimentum inuenit, quam interitum
animatorum. Nam inuidia consumitur quod
homo ad immortalium sodalitiae admissus,
sibi uero omnis spes recuperanda pristinæ
dignitatis sit adempta. Quare omne crudeli-
tatis genus in nos exercet: hocque unum omni-
ni studio agit, ut quam plurimos homines
perennium cruciatuum consortes faciat, in
perpetuamque secum perniciem trahat. Hic o-
portet, non stertat, neclangueat puella: sed ui-
gilet, grassantisque hostis nepharios conatus
spe, fide, rectiliq; conscientia mente subnixa, irri-
tos reddat, & eludat. Arma capessat, necesse
fuerit: ne inculta & inermis opprimatur. Si-
bi autem, suisque viribus minime fidat: sed sa-
tis praefidij in Christo duce esse, ad deplora-
tum hostem fundendum, arbitretur. Omnis
animi merus abstergendus est: extiratum, fra-
ctum, prostratum, nobis Christus quoque uin-
cendum tradidit.

Quomodo diabolus uim uidetique Sathanæ conatibus obuiam eundum
cendus. quomodo illius furorē frangi oportet? Chri-
stus uigore spiritus actus in desertum abiit,
illie commoratus est quadraginta dies, acto
tidem noctes, perseverans in prectionibus,
& ieiunio, & continentia. Vincitur enim spi-
ritu Christi, vincitur assiduis prectionibus,
vincitur

COROPÆDIA.

28

vincitur perpetua uitæ sobrietate, uincitur ammis scripturæ diuinæ. Abstineat ergo puella se omni solatio mundi & huius uitæ: semoueat se à turba hominum: fugiat promiscuā multititudinē: donec domita carne, deiectoqz diabolo, meditatione diuinæ legis, puris que deprecationibus, medio ore spiritus robur collegerit. Tum siet, ut non ægræ nec magno negocio omnes mundi uoluptates reiçiat: aderunt enim cœlestia solatia, aderunt arca-
næ illæ mentis paracleses: quæ omnes terre-
næ luxuriæ sordes, ignauiam, molliciem sub-
mouent. Quod sæpius autem uicerit puella,
hoc debilior à conflitu Dæmon discedet, &
ipsa robustior. Quare ex celso, in Christumqz
fidenti animo sit uirago, quæ ad gloriosam
illam palmam, cuius iam autoramentum ue-
luti arrabonem accepit, contendit.

At difficilimum est Mundo obsistere, mo-
lestissimū huius delicijs carere. Sunt quidem
splendidæ & magnificæ illius pollicitationes,
sed æquæ inanes & uane: sunt illi sua incanta-
menta, sunt carmina magica, quibus demen-
tat incautos: sunt etiam scorpiones, sunt arie
tes, arma, telaqz innumera, quibus nos ado-
ritur. Sed omnia illa superauerit initia puer-
la ijs rationibus, quibus carnem domari, dia-
bolum uinci, paulo ante dixi. Meditationib.
secretis animus firmandus est: precibus, & sa-
crorum uoluminum lectione multa, propul-
sandæ

33 GASPARI STIBLINI
sandæ sunt crudeliter blandientis mundi in-
iuriæ: diuinæ sapientiæ potu extinguendæ im-
mensæ cupiditates. Cui æthereus sacri Pneu-
matis ros asperius fuerit, cui diuina uis ac-
cesserit, cui cœlestis philosophiæ ambrosia fa-
puerit, is omnes mundi opes, uoluptrates, ho-
nores, magnificas pôpas naufragabit, seçp mul-
to inferiora eiusmodi ludibria ueluti è subli-
mi specula despiciet.

Ora tuncula Accipite, castissima uirginum concio, per-
de mundi na- breuem de mundo contemnendo oratiuncu-
mitate. lam. Omnis mundi ornatus, dilapsus occi-
det. Omnia continenter labuntur, & fluunt.
Euolue uniuersas eius opes, delicias, nolu-
ptates, thesauros, regna, principatus, hono-
res, nobilitatem, stemmata: nihil horum du-
rabile, nihil firmū, aut perpetuum est: omnia
fragilia, fugacia, & caduca sunt: nihil quod a-
nimō tranquillitatem præster. Nihil non fu-
catum & adulterinum est. hæ mundi dolosi
merces, suos negociatores in ingēs pelagus
calamitatum trahunt. Quod regnum aut im-
perium tam florens, non cecidit: que uires,
quamlibet ualidæ, non fracte sunt: Cuius fœ-
licitas, non aliquando in luctum uersa est:
Quis Rex, quis Satrapa, quis Dynasta aut
Tyrannus unquā tam latas ditiones tenuit,
opibus tam florens fuit, quem non extrema
dies, miseriaçp fatalis tandem prostrauerit:
Opulentissimum quondam Iudeorum re-
gnum

gnum occidit. Vix adhuc regiae Solomonis,
& illius toto orbe celebrati templi extant rui-
næ, imò ne quidem extant. nulla amplius ue-
stigia cernuntur magnificentissimorum ædi-
ficiorum, quæ Solomon rex extruenda cu-
rauit. Omnes moles turrium & mœniorum
Hierosolymorum, omnia architecturæ mi-
racula, bella & uerustas aboleuerūt. Euauit
Crœsus, cum immēsa auri ui. Absumpti sunt
beatissimi quondam Persarum & Medorum
dynastæ: colosorum altæ, uastæ, prodigiosæq;
magnitudinis statuæ corruerunt. Regum Ae-
gypti monumenta, pyramides, quæ olim to-
tum orbem fama implebant, attritæ sunt ita,
ut hodie ne uestigium quidem harum appa-
reat. Memoratissimum illud Cariæ Mauso-
læum collapsum, uix in tenui paucorum ho-
minum memoria est. Cætera item omnium
terræ mirabilia spectacula, ita longa anno-
rum series delevit, ut uix illorum obscura fa-
ma apud nos daret. Quot arces, quot oppi-
da, quondam florentissima, nunc prostrata
ac diruta ante oculos iacent! Omnes regio-
nes, prouinciae, Republicæ, quoties non ita
longo seculorum tractu quassatæ sunt?
Diuitiæ uero quæ sunt instabiles & fluxæ?
quæ multarum cladi origo & causa? Præ-
donibus infidiandi occasionem præbent, ra-
biem & bella excitant, incendio auferuntur,
naufragio pereunt: adeo tamen incerta harum est

d pos-

34 G A S P A R I S T I E L I N I
possessio, ut eosdem sepe una dies, unaq; lux,
& opulentos, & ad extremam miseriam re-
dactos uiderit. Diuitiarum fructus sapen-
tia ad detestanda facinora impellit, innu-
merabilibusq; uitijs fenestram aperit. Ho-
nores autē & imperia quanta solicitudinum
mole suos administratores obruunt: quibus
labyrinthis impediunt: quām lachrymosos
exitus potentum nō raro cernere licet. Som-
num quietē capere haud sinunt: metuendæ
sunt domesticorum insidiæ, urget externus
hostis, struunt necem familiares: tota deniq;
lerna malorū aulas potentumq; limina pre-
munt. Videas illic plures adulterantes, occi-
dentes, insidiantes, rapientes, trepidantes,
multos ab intimis amicis prodi. Attalo filius
uenenum porrexit: Lysimacho itidem filius
insidias struxit: Thessalus Alexander ab uxo
re ē medio sublatus est. Alios inumeros præ-
tereo: qui longè miserabiliora spectacula sui
seculi mortalibus præbuerunt. Quis uero
non uidet, quām multo felle mundi præsti-
giæ suam dulcedinem uitient: quid pericu-
lorum & miseriarum secum trahant? Quid
igitur in toto mundo est, quod magnopere
inuitare possit sanæ mentis homines: quæ
res: quæ spes: quod animi solatium: in hac
densa caligine? Desperatus igitur sit opor-
tet, qui ad hasce fugacium rerum præstigias
animum applicat: qui uirtutis profusionem,

nera

vera mentis gaudia, eternam uitam, cum momentaneis mundi uoluptatibus commutata: qui in hac uitæ breuitate nō adiicit animum ad æterna, nec ex densissimis tenebris emicare conatur: cum humanas res tam ridiculas, humiles, instabiles reperiatur. Iam si pref-sius aspicias omnia mundi ornamenta, universa naturæ opificis opera, nihil perpetuum, aut ab interitu semotum cognosces. Variæ sunt temporum uices: nunc omnia uernant, purpureisq; florum stellulis prata gembant: nunc rigente bruma omnia flaccescunt, omniaq; rursum deformat hyems. Non uides solem & oriri, & occidere: non uides lunam nunc deficientem, suoq; iubare spoliatam, nunc pleno rursum orbe fulgentem! Obscurabitur sol, & luna non dabit lumen suum, astræ de cœlo cadent: deniq; nihil est in hoc magno mundi theatro, quod nō quotidie fluat, euanescat, aut olim interiturum sit. Quare *κατηχεμένη* uirgo, mundo aureos montes pollicentii minimè fidat, dolos illius & infidias eiusmodi meditationibus eludat, & uitet.

Videor nunc ut cunctæ armasse puellæ aduer-sus tres capitales hostes, carnem, diabolum, & mundum. Quod si exercitium, industria, preces, animiç; sublimitas, que perspicitur uoluptatum rerumq; humanarum despiciencia, accesserint, formidabilis etiam erit istis truculentis bestijs. Hoc uero gloriösior puel-

Gloriosa uictoria erit, quod animosius Saranam dectoria puelle aduersus duobum. iecerit. Nam indignissime fert, se a muliere prosterni: uehementer concutitur, a muliere triumphatus, qui insolentissime totum orbem ueluti nidum diripere, urbesque cuertere conatur.

ieiunium. Sed nunc doceamus uirginem, quomodo ieiunandum, & quis fructus ex ieiunio sit capiendus. Olim coelibatum amplexi, aut monasticę uitę institutum sequuntur, omnes ciborum laudicias, Persicosque apparatus contemnebant: sed uictu perparco-urentes, eximiā frugalitatis & continentiae de se documentādabant. Intelligebant nimurum, omnium uitiorum fomenta esse carnis luxu exilientis pruritus. Ut enim ignis oleo infuso uehementer exæstuat, indomitumque furit, ut pote majoribus flammis inualescens: sic caro, ex sua natura ad uitia & libidinem prodiuit, cibopotuque largiore efferatur, & in rabiem agitur. Quare uictus temperantia, ad reprimendos effrenos carnis impetus, animique morbos sanandos, efficacissima est, oppidoque necessaria pieratis studio deditis. Nec est res noua ieiunium, sed omnium Dei mandatorum antiquissimum, protoplastis parentibus in ipsis mundi rudimentis datum: coetaneum (inquam) Adae & Euae est. Hoc enim primò rerum opifex sanxit, ne ederent de ligno scientiae boni & mali. Quod si Eua se cohibusset,

ieiunij preceptum omnium antiquisum.

set, abstinuit et quod ab esu illius ligni, haud opus fuisset nobis isto iejunandi genere. Verum qui inoffensa ualerunt in eis sunt, haud indigent medici opera: sed languidi, maleque habentes. Lapsu illo in laqueos diaboli incidunt, gratia Dei excidimus, periculosis animi morbis oppressi, quibus non nisi preventie pharmaco occurri potest. Poenitentia autem absque iejunio, manca & inutilis est. Ut autem iejunium iuuenes ad temperatiam assuefacit, senibus autoritatem dignitatemque conciliat (magis enim ueneranda est canities sobrietate commendata, uigentiisque aetati frenum iniicit:) ita mulieribus, in primis uero virginibus decentissimum ornamentum est, ad pietatis profectum magno usui futurum. Praedclare Basilius: γυναιξι δοτερη το ανδρανη, οτων ηγετη την τελευτη διαστογη, ηγετη λαρνη φύσιμη. Primum ergo puella hilari letoique animo, lautorum ciborum delicias, mensaque luxus fastidiat: spirituali autem diuinę gratię, cœlestisque mannæ coniuicio saginetur, ac deliber sobrium cratera, quem Sapientia miscuit, cuius hau-
stū mens iejuna, terrenaque fece arescens, rigari solet. Absit omnis horror, uultusque mortis: absit tragicæ personarum larua: absit male ominatus uestitus: quin ista ad hypocritas ablegentur. Consequantur iejunium, letitia, serenitas, tranquillitas. Absurdum est, tetrico ore ægrotantem pharmaca sumere:

Sapientiae
crater.

38 G A S P A R I S T I B L I N I
multo absurdius, non gaudere animi sanita-
te. Quemadmodum cheirurgi in ualescentia
corporis mala nonnunquam sectione aut u-
stione resecare coguntur: ita animi surgentia
uitia ieunio renelli ac amputari debent. Ca-
ro enim & anima inter necino odio dissidet.
Prudens uirgūcula illam castiger, despoliet,
orbet, priuetq̄ delicijs istis mortiferis, & (ut
significantius loquar) *urw&gcap* corporis pe-
stiferam penitus extirpet, quo maiora animi
gaudia cumuler. Quanto enim animus cor-
pore præstantior, tanto illius delectationes
sunt nobiliores, dignioresq̄ huius uolupta-
tibus. Certa autem ieunij tempora non
præscribo: quin potius uirgo nunquam offi-
cium sobrietatis deserat: nec ullum diem tam
genialem ac festum esse arbitretur, in quo ul-
tra continentiae temperantiq̄ limites salire
fas sit. Sunt sua Ecclesiæ de ieuniorum tem-
poribus, statisq̄ diebus placita: quibus non
facile est reclamandum. Quondam Gra-
corum ecclesiæ ieunio solennes erant: ac eç-
dem ille septem hebdomades, quæ etiam ho-
die pœnitentiæ ac sobrietati sacræ sunt: nec
Basilius, & alij religionis olim in Græcia &
Asia antistites, hoc dissimulat. Nullum ergo
diem uirgo sine linea abire sinat: id est, quoti-
diè faciat aliquam accessionem bonæ men-
tis: semper aliquid pietatis profectui adiisci-
at, uentris ingluuiem cohercendo, luxum (li-
bidinis

bidinis incentium) ceu pestem animæ fugiendo: parcè, seuerè, sobrieq; uiuendo. Nec putet satis esse, à peculiaribus quibusdam ciborum generibus abstinere, uentrem tenui uictu castigare: nisi emendet animi uitia, libidines, iras, auaritiamq; : nisi prauis cupidinibus respōset, inerrīq; desidiq; obluctetur: nisi uenit obsequium recuset. Tale enim iejunium solūm in constantiam & tranquillitatem animalium asserit: eundem afflictis rebus sustinet, secūdis moderatur: uoluptatum, opum, honorum, iniuriarum negligentem facit.

*Fructus
ieunij.*

Hæc uirgæ lasciuiam, risus, meretriceas cantilenas, insanas furiosasq; choreas, scurrilitatem, adeoq; omnem leuitatem ueluti seuerus censor ex animis uirginum exterminat. Angeli etiam humanæ uitæ ~~ut pax in se~~, indefessi & alacres perseverant in salute iejunantis tutanda: neq; in castam, sobriā, Deiq; presidio subnixam animam, effera Dæmonum malorū rabies quicquā potest. Quare ~~carne pax in se~~ ante omnia Christi, & eius affectatorum exemplo, iejunio tentationibus uiam intercludat, ueliam ingruentes repellat, carnishq; flammas extinguat. Atq; in hac re uiatorum industria imitetur, qui relictis omnibus impedimentis, modicē cibum sumunt, quo nulla re prepediti, expeditius ac facilius eò, quò uolunt, perueniant: sic ipsa se iejunio succingat, animūq; ad me-

40 GASPARI STIBLINI
tam uite cœlestis adiiciat, ne quid remors, lu-
xus, sagina, uētris obsequium, currēti struat.

Cæterum quibus cibis utendum, & qua-
tenus, & quoties in die, non est huius insi-
tuti explicare, aut definire: habent suas colle-
gia his de rebus traditiones. Eduliorum de-
lectum, reliquorumq; generum ciborum in-
terdictum usum, Iudaismo relinquendum
censem. Frugalis & modicus uirginum ui-
ctus esse debet: lauticias, cupedias, magnifi-
cosq; cœnarum apparatus, Cœsarum & prin-
cipum aulas magis decere arbitror. Basilius
Victus natu-
ra & nece-
sitati suffi-
cens.
cognomēto Magnus dictus, in prima episo-
la ad S. Gregorium Theologum, docet, satis
lautum esse uictum, qui naturæ tenui cibo
contentæ, corporisq; necessitatī sufficiat: ut
panem & aquam: quorum ille famem pellat,
hæc sitim restinguat: item holera, & legumi-
na, quæq; alia corporis ualetudinem fulciat
aut conseruent: gulamq; non irritent, sed a-
limentum carni idoneum præbeant: quo-
rum usus & facilis, & copiosus fit.

Hic mihi non tēpero, quin deplorem no-
stri seculi labefactum perditumq; monaste-
riorum quorūdam statum, corruptamq; ni-
tam eorum, qui se uulgō sanctimoniæ specie
uenditantes, monachos, aut cenobitas pro-
fitentur: et si hæc querela noua nō sit, sed mul-
torum doctissimorum uirorum iam pridem
fuerit. Vbi tantus luxus, ubi tam fœda uitio-
rum

num colluuiies inundauit unquam, quam in
 quibusdam ebriorum monachorum colle-
 gis est. Vbi tam latè regnat ebrietas, omnis
 impudentiae & turpitudinis mater? Non in
 his omnes anguli, omnia conclaui, saepe e-
 tiam ipsum sacri templi pavimentum, crapu-
 lam & uinum olet. Ad medium usq; noctis
 comedationes protrahuntur. Hic uideres
 metos lenones, heluones, lurcones, ganeo-
 nes: tanta est morum barbaries inter eos, tan-
 ta inscitia, scurrilitas, leuitas illorum animos
 obsecros tenent. Omnia libidinum inquina-
 mentis fœtent: impurissima scorta hinc inde
 in angulis latitant, in cubiculis usq; ad clarū
 mane stertitur: & tum confestim illotis mani-
 bus (quod aiunt) etiam stomacho crudo,
 crapulaq; nocturna nondum despumata, ru-
 etusq; acidos spirante dysepias, rei diuinæ fa-
 ciendæ munera obeunt: nulla deuotio, nul-
 lis amor, & (ut semel dicam) *zēdū vyiis*. Quæ
 enim pietas? quis ardor? qui sancti mentis re-
 cessus in istis uentribus esse possent? At quan-
 ta damna, quot pestes hinc in communem
 hominum uitam redundant? plebs offensa-
 nihili facit diuinum cultum, uilescit religio,
 magna inuidia degrauatur totus sacer ordo,
 magnaq; scelerum & uitiorum eluuies in or-
 be effunditur ex his tenebricosis monacho-
 rum fornicibus. Non sic ueteres Eremitæ, *Veterū Ere-*
mitarū uita.
 quorum isti successores uideri uolunt: sed a-

Deploratus
nostri seculi
monasterio-
rum status.

42 GASPARI STIBLINI
qua & pane uitam, in desertis locis humili
facello extructo, sustentabat: Deum assiduis
precibus sollicitabat, hymnis psalmisq; mul-
cebant, flectebantq;. Non ipsis erant tot re-
ditus annui, quibus uel satrapas exequarent:
non tam alta palatia, tot equi, tot ministri, tam
regalis luxus: sed tenui mensula, holusculis
& leguminibus, pane & dulci aqua referta,
deliciabantur. Non sic in ipsis crescentium
cœnobiorum ac monasteriorum exordijs
fiebat, quum officinæ uirtutum & pietatis
honorifice diceretur: cum horum collegio-
rum alumni eruditione, morumq; integrita-
te commendarentur. Nunc, quorum mu-
nus est precibus fundendis operam dare, sau-
dum diuinarum assidue præconium facere,
libros sacros euoluere, populum uerbo diui-
no pascere, deniq; ueluti lucerna simplici ple-
beculae præfulgere: perpetuo potant, ludunt,
scortantur, stertunt, crapulantur, ociantur, o-
mnibusq; corporis uoluptatibus largissime
indulgent: ut non immerito omni Epicuro,
aut Luciano, uel si quis alias magis impius
fuerit, abire esse uideantur: dum neq; se o-
lim ad Christi tribunal fistendos, rationemq;
exactæ uitæ reddituros cogitent: dum neque
ineffabili uitæ præmio ad puriorem uitam
ducantur, neq; horribilibus gehennæ flamin-
go turpitudine deterreantur. Non perstrin-
go innocentes, nec stylum in ordinem ipsum
acuo;

acno: sed uitam & impuritatem quorundam detestor. In eandem amarulentiam excedunt etiam monachi, quibus prisca uitæ cœnobiticę sanctimonia adhuc est cordi. Cui enim non doloreret pietatis tāta iactura? quam acceptam ferunt isti professioni, quę olim Christianorū nomini uel primę gloriæ fuit. Horum culpa sancti abbates, episcopi, sacerdotes, cæteri q̄ p̄i monasticę professionis affectatores, proculcantur, conspuuntur, permingunturq; Et uulgas crassum, incultumq;, iudicijq; sinistri & præcipitis, ex quorundam uita intemperanti, illico totum ordinem aestimat. Sed iam se cō referat oratio, unde digressa est. Quorsum enim attinet, tantam inuidiæ tempestatem frustra subire?

Castigatis iejunio carnis affectibus, ad precationes uirgo procedat. Ut enim abdomini seruientes, yāt̄risq; illi epularum suavitatibus assueti, ad colloquia Dei non admittuntur, uel frustra accedunt: ita parci & sobrii, purarum precum affectu in primis ardent, nihil liquidi aut sani manat ex pectore, quod pinguis crassaq; caro deprimit: nec Deo grata potest esse oratio, quę ex temulēto animo, multum terrenę fecis ac crapulę secum trahit. Sobrig autem preces, & pure, ad diuinitatis solium usq; penetrant. Requiritur autē in precatura uirguncula, charitas & fides: nullis curis distracta, nullo intemperantiore affectu

Precationes
& orationes
ad Deū quo-
modo fieri de-
beant.

fectu occupata sit: sed libera, pura, sincera, atque in adorandum cœli numen unicè intenta: cogiter, quām horrendum & inefabile sit mysterium, hominem imbecilem, caducum, peccatorem, in hoc infimo, humiliq; terrarū orbe reprātem, cum Deo colloqui: cuius maiestas & potentia, in immensum supra cœlos extēditur: cuius magnitudo nē ne animo quidem cōcipere possit. Exhorrescimus, si Rex aut Cæsar nobis exorandus sit: acerrima coitio prima cum satrapa aut principe, qui eadem qua tu naturę lege natū sunt: & non trasmas, nihilq; timeas, nec cōmouearis, Deum immortalē, quem toties offendisti, alloquitur. Quare caueat, ne pectore temulēto, cibo potuq; grauato, animo fluctuante, ac libidinibus, prauisq; cupiditatib. inquinato, Deum fatiget puella: ne illius iram prouocet magis, quām placet: sed uerecundē ardens, spei fiducieq; plena, supplex, humilis, accedat ad latrū, id est, fontem illum uberrimum & inexhaustum omnis boni. Nullum autem tempus precibus uacare debet. Ut enim humana imbecillitas semper indiga opis diuinę est: ita nullum tempus inutili ocio, piarumq; pre cum uacuo transmittendum. Vix dici potest, quantos bonorum cumulos afferat, quantis opibus ditet orantem, pia, & ex sincero pectore profecta oratio. Dæmonum assiliētum impetus repellit, cupiditatū malarum flam-

*Orationum
& precū fru-
ctus.*

flamas extinguit: carnis effervescentias, iras, fastus, luxus comprimit, præcidit, & modera tur. Hac ceu clavo uti potes aduersus tentationum præcellas. Afflictis rebus, sola oratione auxilium à Deo impetratur: hac partatione Dei benevolentia alitur. Hinc mundi fastidium, cœlestium rerum desiderium, *χαρισματα* spiritus sancti, arcana gaudia orantium mentibus inferuntur. Veterator ille diabolus nūt quam cessat, semper perniciem molitur: aliás ex insidijs ueluti serpens allabitur, feritq; lethali vulnere animam: aliás aperto impetu infilit. aduersus quem precatio sit scutum, lorica, sit sagitta ac iaculum, quo facilimè conficitur.

Orandum uero non in frequentia hominum: reddit enim ea res hypocriseos suspectos homines: sed in loco solitario, ubi nullum sit impedimentum externum, aut obstaculū. Satis est, si Deus ille *λαζαρος* pectus tuum inspiciat, qui in occulto agnitam pietatem tuam, in propatulo pensabit. Exosos & homines & Deus habent, pietatis ostentatores. Quo uero corporis statu sit supplandum, suo exemplo unicus humanæ gentis doctor Christus satis docuit. Siquidem nunc procidens in facie, nunc in genua procumbens, patrem adorauit. Etsi autem omnitempore in numinis cultu & precatiōnibus

*Quo statu
corporis orationis
dnu.*

48 G A S P A R I S T I E L I N I
nibus perseverandū sit: tamen quotidie certas quoq; horas precibus fundendis impendas esse, omnino censeo. David rex & propheta, septies interdiu humi procumbens, demissa in terram facie, uota apud Deū depositus. Daniel quotidie ter genua demittens, cœli numen adorauit. Septenarium autem numerum Ecclesia militans horis canonicis representat. Basilius Magnus noctem intempestam, seu mediam, tempus aptissimum orationibus, pietatisq; exercitio esse putat. Nam nocturnum silentium animo & ocium ab externis & trāquillitatē confert, cum neq; oculi turpia uisu, neq; aures fœda auditu in pectus transmittunt, sed mens libera, ab omniq; tumultu semora, cum Deo colloquium miscere potest. Sed accuratius & exactius de orando disserere, non est præsentis instituti. Extat pulcherrimus libellus D.Ioannis Chrysostomi, cui titulus *προσευχῆς*, quem cuperem omnium ueræ pietatis cultorum manibus assiduè teri.

Contemplatio solitaria. Iam de contemplatione solitaria, quæ magnum uitum habet ad profectum, & incrementum bonæ mentis, maxime que virginibus Christo despensatis conuenit. Ea primum naturam causasq; rerum, mundi miracula, pulcherrimumq; Dei artificis opificium rimatur, excitatq; mirificum ardorem & flamam in animis, ut in sublime ferantur, & ueluti

Inti spiritu abrepti in cœlo hæreant. Pabula
enim menti præbent, cœlestium rerum me-
ditationes. Nulla re animorum diuinitas sit
manifestior, quām pertinaci & intenta con-
templatione. ab alienati enim mēte, statuisq;
similes esse uidentur, qui defixius aliquid in-
tuentur. Ut hinc perspicuum fiat, tum maxi-
mè à crasso corpore liberum esse hominem,
ad pristinumq; domiciliū, dignitatemq; surri-
gi, cum sic in sanctos meditatis animi reces-
sus auferatur. Huius rei insignia documen-
ta dederunt quondam, tam uiri quām mulie-
res sanctitate spectati. D. Petro precabudo,
sursumq; uersus spectanti, ac attentius medi-
tanti, apparuit in cœlo chasma. Paulus dum
cœlestia pertinacius scrutatur, ad tertium cœ-
lum usq; mente & animo raptus est. Apoca-
lypseos opus arduum, sublime, adituq; diffi-
cile, Pathmicæ meditationi Ioannis Euange-
listæ acceptum refert Ecclesia. Sunt præterea
aliorum diuorum memorabilia exempla
multa, quorum aliis attolli, librariq; supra
terram uisus est: alius inter precandū in aere
vacuo pēdere, alius deniq; animi deliquio si-
milis aliquot dies in contemplatione perse-
nerauit. Copiosam autem meditandi ma-
teriam ministrabunt, passio & mors Christi,
beneficia in humanum genus collata, uita
cœlestis, extremum iudicium, Dei ineffabilis
sapientia, uirtutis & honestatis pulchritudo

*Materia me-
ditandi.*

43 G A S P A R I S T I B L I N I
& decor, uitiorū turpitudo fœditasq; mundi
præstigia ac uanitas, uitæ huius miseriae, re-
rum humanarum imbecillitas. Quis enim
non odiasset impietatem, si cogitarit, hanc lu-
endam esse gressuæ uitæ dispendio, gehenaq;
inextinguibili flamma? Rursus, quem non
ad uitutem & imperata Dei faciendum, ce-
lestis uitæ præmia alliciant? quæ nulla lingua
effari, nulla mens satis cogitare potest. Ob-
uersetur igitur ob oculos iudex Christus, a-
cerrimus scelerum uindex. occurset crebro
menti cœlestis aule procerum & diuorum co-
rona, auro soleq; fulguratior, in quorum al-
bum & te breui adscribendam memineris.
Saxeus ille sit necesse est, qui, cum infinitum
æternumq; malum ex peccato impendere si-
bi norit, non à peccando deterreatur. Subin-
de igitur tacito adoret admiranda Dei consi-
lia, humanisq; animis inaccessa: qui filium
suum *uoyevū* in hunc orbem miserit, ad salu-
tem communem reparandam, ut ipse uideli-
cet mortalium impietatem morte sua oblite-
raret, obliuioneq; apud patrē obrueret. Con-
templetur uulnera, corpus lacerum, uerbe-
ribusq; consciuum, sanguinolentum, Iudgo-
rum sputa, contumelias, amarulentas & ho-
stiles irrisiones, colaphos, coronam de acu-
tissimis spinis textam, & in innocentis fron-
tem ac tempora magna ui impressam; flagra-
item, quibus uehementissime cæsus, totoq;
corpo

corpore defodatus est: in fontis autem Iesu manu
suetudinem, mores placidos, patientiam, qui
etiam pro crudelissimis carnificibus patrem
appellare in ipso ferè mortis articulo uolue-
rit, manus pedesque perforatos, dolorem im-
mensum, &c. hæc secum aliquis meditans,
non illico in preces, gratiarumque actionem,
& lachrymas etiam prorumpat: Cui non ad-
derer hæc meditatio stimulus pietatis? De D.
Clara Francisci sorore quidam prodiderunt,
quod dum altius schema crucifixi Iesu con-
templaretur, extra se rapta, iacuerit à cœna
Dominii usque ad resurrectionis diem. Er-
go puella pījs meditationibus uacare subin-
de debet, quæ animum spe rerum cœlestium
potiendi inflammant: mundi sordibus, libi-
dinumque laqueis ac uinculis expedient, la-
xantes mentes, ac omnes inhonestas uolu-
ptates excludūt, sed cœlesti pabulo animum
alunt. Maximum autem momētum affert ad
pietatis cultum Psalmodia, cui operam puel-
læ quotidie dabunt, Deitque laudes & benefi-
cia in humanū genus collata hymnis & can-
tilenis pījs commemorabunt. Dici non po-
test, quam suauiter melos ex sincero & arden-
ti pectore ad cœlos fusum, supremum totius
mundi Monarcham afficiat, quam dulciter
fragret in conspectu diuinæ maiestatis puel-
latis modulatio. Cuius rei locupletissimum
testimonium est, Davidicē citharē diuina har-

50 GASPARI STIBLINI
monia, qua adorādum altissimi Dei numen
mulcere & lectere assidue solebat, qua in lau-
dibus diuinis noctesq; diesq; pertinaciter
perseuerabat. Manē igitur exorientem so-
lem uirgo hymnis excipiat, diemq; diuinis
laudibus auspicetur: occidentem iterum psal-
mis prosequatur, statisq; horis quotidie mo-
dulandis sacris carminibus uacet. Magnam
uim & efficaciam hęc deuotio in conspectu
Dei obtinet: Gratiōres odę ex sincera liqui-
daq; mente profectę creatori sunt, quam om-
nes hecatombarum leviorū. Nec putandum
est, Paulū apostolum temerē Ephesios admo-
nuisse, ut hymnis ac psalmis, spiritualibusq;
cantilenis domino canant, & gratias agant.

Fruitus psal-
modia. Auocatur hoc exercitio animus ab exter-
narum humiliūq; rerum cura, excitatur ad
sublimia, consopiuntur affectus uehemen-
tes: libidinosarum uoluptatum, gloriæ, diui-
tiarum cupiditates extinguntur: lenientur
animi ferociores, augetur ardor deuotę mea-
tis, concilianturq; animi tales motus, quales
in pectore religionis & pietatis pleno esse
debēt. Hinc sublimitas animi, contemprus ni-
lium rerum, lachrymæ, arcanum gaudium,
stupor, & quædam sancta mentis alienatio.
Hinc apud Homerū (ut quid prophani ad-
misceam) Ulysses Demodoci citharēdi mo-
dulatione ita animo concussus est, ut largè
fleuerit:

C O R O P A E D I A.

31

λέλυψε δὲ λαστὰ προσωπα. οὐδὲ
νῷ ὁφρύσιος ἀλεγνα τελέσωρ.

Et Achilles belli molestias pertesus, Agamenonisq; iniurijs atrociter lacesitus, stomachum cithara leniebat:

τὸν γοργὸν διεργάτηρα μεμένον φέρειγγι λεγάν,
λεγάν, διελαλίει, ἵτι δὲ σφρύγως γυγὸς ἔσει,
τῆγόν τε θυμὸς ἐρρωτεῖ, δατεὶ δὲ αἴρει λεκα φάσθων.

Offendunt citharæ mulcentē pectora cātu.
Idem multis in locis præconia agit musicæ,
cum auctoritatis uocat: & τιμῆς ἴμμορει εἰσὶ οὐδὲ
δοῦς: item, Εὔχαι δὲ τοι βροτῶν αὐτίζουσα ἀπολυτροφ, de
Demodoco cantore loquens. Est autem
iucundum natura omnibus, suaves uocum
temperaturas audire, aut miscere. Sicuti a-
pud Aristotelem in 8. de Repub. Musæus poe-
ta canit: ιστι βροτοῖς θετοροι θεθειν. Habet tamen
quodlibet harmoniæ genus peculiarem uim
& uirtutem. Phrygio suus diuinus impetus,
Lydio Bacchicus furor, Dorio grauitas, Io-
nio iucunditas adest, &c. In quoscumque
igitur habitus animum alicuius transforma-
ri uelis, id efficacia diuersæ melodiæ efficias:
sive languentem excitare, furentem pacare,
insolentem deprimere, fractum accendere &
confirmare cupias. Sed hæc fortasse præter
institutum, in laudem Musices declamito.

Ex hoc itaque psallendi assiduo studio mul-
ta spiritus sancti χαριουτα in uirgunculæ pe-
ctus scatebunt. Cuius rei argumētum est (ut

c. 2. dixi

52 G A S P A R I S T I B L I N I
dixi prius) rex Dauid, qui in medijs Dei lau-
dibus, noce & cithara dicendis, atronito simi-
lis, diuinitatis spiritū, præsciamq; futuri men-
tem haufit. Ut autem psalmorum Dauidi-
corum liber commendatior esset puellis, li-
buit quædam altius repeteret ex Bafilio Ma-
gno, cuius ego uerba paulo luculentius in Ro-
manam linguam transfudi: Psalmorum liber
commune est penu omnis bonæ & Euange-
licæ doctrinæ, largiter suppeditās, quod cuiq;
tempestuum, salutare, & commodum est: an-
tiqua uulnera, inuetei ataq; damna sanat, tol-
litq;: recenter iecto celerem opem confert, af-
fectus prauos extirpat. Nouit spiritus san-
ctus, mortale genus ad uitutem tardum &
segne esse, ad corporis uoluptates præcepit
quare dogmata asperiora melodiae dulcedie-
ne temperauit, ut aures harmoniæ suavitate
delinitæ, fructus pedestris orationis, ueluti
aliud agentes, perciperent. Quemadmodum
solertes medici, egrotis austeriora pharmaca
daturi, sape melle calicem circumlinunt, &
inungunt. Perstrepant igitur diuina psal-
morum oracula domi, forisq;: ira uehemen-
tiore exasperatis, si psalmos modulari coope-
rint, confessim feritas animi, ^{regi brysonides} abit.
Psalmus tranquillitas animi, pacis dispensa-
tor, tumultus fluctusq; mentis consopit, in-
temperantiam castigat, amicitias conciliat,
partas alit, unio dissidentium, pacificatio ini-
mico.

Basilij Mag.
uerba in lau-
dem psalmo-
rum libri.

micorum. Psalmodia charitatem confert, dē
mones fugat, angelorum auxilia afferens: ar-
ma ministrat aduersus nocturnos terrores.
Psalmus recreatio diurnorum laborum, & c-
rūnarum: infantibus insipientib. asylum,
adultis ornamentum, senibus solatiū, mu-
lieribus decus: deserta loca celebria facit, con-
ciones forāq ad moderationem reuocat, ini-
tiatis elementum, proficientium augmen-
tum, perfectorum firmamentum, ecclesiæ
uox. psalmus festas celebritates exhilarat, do-
lorem ex peccato conceptum sedat, ex saxeō
pectore lachrymarum guttas elicit. Psalmus
angelorum opus, cœlestis politia, spiritualis
fragrantia. Hinc disces fortitudinis magni-
ficentiam, iustitię exactę regulam, temperan-
tię grauitatem, prudentię perfectionem, pœ-
nitentię modum. Psalmus Theologia perfe-
cta. Plura in hanc sententiam dicuntur in
prima primi psalmi Homilia apud Basiliū.

Est igitur Psalmorum liber preciosissima
margarita, ac ueluti ~~naufragio~~ totius sacræ pagi-
næ. Hunc puellæ terant, legant, uercent, assi-
duè in ore huius sententias habeant, modu-
lentur, canant, personent ubique. Verè an-
gelica uita hæc est, quę assidue diuinis laudi-
bus perstrepit. Quid autem beatius, quam
cœlestes spiritus in hoc pelago mudi imitari?

Quando autem, & quoties in die psalmis
recensendis uacandum sit, meum nō est prae-

54 GASPARI STIBLINI
scribere: sua quibusq; monasterijs, siue colle-
gij, de hac re sunt placita: matutinum tamen
tempus tam precibus ad Deum fundendis,
quam sacris odis modulandis aptissimum
est, itemq; uespertinum & meridianum.

*Non omne
melodiae ge-
nus pueris u-
surpandum.*

*Instrumenta
musica misa
facienda pu-
eris.*

Id etiam addendum, non quodlibet me-
los, nec quoquis numeros recipiendos in pu-
ellarum cœnobia esse. Quidam enim modi
musici lascivii nimis sunt, & impudicū quid
præ se ferunt ex natura sua: ut Ionius, & Hy-
poionicus: unde & uiolari casti animi pos-
sent, ac malis cogitationibus fenestra aperi-
ri. Omnis autē occasio impudicitiae adimen-
da est pueris. Quod si Aristoteles quedam
harmoniarum genera è sua Repub. exclusit,
quod intemperantiores affectus gignere ui-
deantur: quanto magis è pueraribus consor-
tijs Christo sacris, salaces & lascivæ melodie
explodendæ sunt? Organorum musicorum,
ut citharae, lyræ, chelys, usum inter priuatos
parietes, aut in cōuiuijs interdictum esse pu-
eris conuenit. Muliebris enim sexus alioqui
natura uariabilis & lubricus, hoc paēto ama-
torum insidijs magis fieret obnoxius, dum
sæpen numero perditissimis amorum facibus
animos mutuo accendat & inflammet mu-
sica. Quare citra omnem ostentationem sine
cerè pioq; affectu in æde sacra Deo psallant,
hymnosq; dicant: nec cuiquam placere stu-
deant, præterquam Deo: nec aliam hinc lau-
dem

dem fitiant, præter gloriam Dei: in quem tota mente intentę puellę, liquidam uocem sub æthera tollant.

Cœlestium autem rerum contemplatione diuinisq; officijs fatigata puella, nō se ad inutile otium, aut segnitiem transferat: sed aliquid operis agat. Quanquā enim hic omnem satietatem, omneq; fastidium in totum exclusum esse uelim: licebit tamen nonnunquam respirare, & interquiescere. Itaq; lanificium ualde uirgini idoneum uidetur exercitium. Debent autem hic imitari ingens ilud cœli decus, Deiparam Virginem. quæ à prima luce ad tertiam diei horam sedulò numeri placando uacabat: inde ad meridiem, honeste & ingenuè opus puellare obire solebat: mox reliquum diei sacrarum literarum lectioni impendebat. Multi uenerande sanctitatis uiri, adeoq; ipsi Apostoli Christi, ab operibus manu exercendis non abhoruerunt, quoties à prædicandi Euangeli nego-
cio requies contigisset. Nam Petrus, & Ioannes Zebedei filius, in medio apostolatu pœna-
ti sunt: & Paulus aliquando funes texisse fer-
tur: Lucas item euangelista ab officijs diuinarum rerum ferians, semper aliquid depin-
gere solebat. Quare puella ab hymnis & pre-
cibus ociosa, aliquid serium & conducibile
& liberale peragat. in honestum enim ocium,
radix multorum malorum est, alit' que uitia,

*Manuaria
exercitia.*

56 GASPARI STIBLINI
desidiam, & corporis pigritiam: quæ animo
quoque situm adducit. Preclarè Hesiodus:

Lectio sacra
rum scriptu-
tarum.

Lectio
nisi
fructus.

Lectione uero sacrorum librorum longè us
tilissima, nulloq[ue] pietatis exercitio inferior
est. Primum enim animo saluberrima pabu
la ministrat: item exemplis, sententijs, doctri
na, ueræq[ue] sapientiæ medullis mentem sagi
nat & alit: ac multis sordibus, erroribusq[ue] li
berat. Quæcunque tempestas ingruat, huc tan
quam ad sacram anchoram cōfugiat uirgo:
quodcunque malum, aut periculum impen
deat, huc ueluti in tutu se recipiat. lectione e
nim ab atro inuidiae ueneno animum de
tergebit: lectione allabentis luxuriæ blandi
cias eludet: lectione auariciæ ingluuiem &
sordes purgabit: lectione immoderatas cu
piditates, turpesq[ue] affectiones animi castiga
bit. Hic Abraham præstò est, qui exemplū
fidei constantis præbet: hic Isaac, mentis puri
tatem ac sanctimoniam exhibit: Iosephus ca
stitatis specimen edit: Job patientiæ documē
tum dat. Vitas martyrum, sanctorumq[ue] uiro
rum assidue quoq[ue] lectitet. nec tamen citra
delectum quosuis, qui uitas sanctorum se cō
ponere profitentur, euoluat: ut ferè fit, cùm
anilia quædam fabulamenta, quæ nō solum
ueri limites excedunt, sed etiā nonnunquam
impia nō ab iusta sunt, ceu sacrosancta, ad men
sam,

sam, in ecclesijs, cubiculisq; leguntur, posthābita etiā Euangelij librorum cura. Cū au-
tem & sacri libri sæpenumero in speciem im-
pudica, castisq; auribus parum idonea con-
tineant, præsertim si in literarū superficie hę-
reat puella, uelim omnino illa à teneriorib.
trāsiri, aut spiritus thesaurum erui. leui quip
pe momento puellæ offenduntur: faciles e-
nim harum animi, & sequaces, quo cunq; du-
catur. Itaq; tutissimum ea habere in delicijs,
in ijs acquiescere libris, qui quām minimum
offensionum habent: ut sunt Euangelia, epi-
stolæ Pauli, & aliorum Apostolorum: item
Prouerbia Solomonis, & Ecclesiastes. Libri
Regum, præter uirtutum typos, qui in pijs re-
gibus adumbrantur, pleni sunt etiam exem-
plorum impietatis, turpitudinis, & uariorū
scelerum: quæ mulieribus non nota esse, præ-
stabilius uidetur. Deipara uirgo à nona
diei hora ad primam, quotidie Bibliorum li-
bros legisse fertur. D. Cæcilia, patre senatore
nata, Euangelicæ historiæ librum aut legit,
aut in gremio obuolutum habuit. Huius-
modi exempla penè innumerabilia huc affer-
ri possent, in quib. miros affectus, eximiosq;
Profectus legentium contēplari licet. Sup-
peditat lectio assidua sacrorum librorum,
pharmacæ certa aduersus animi perturba-
tiones, mentemq; mystica quadā læticia per-
fundit. Nam quemadmodum nonnulli secū-

circumferunt gemmas quas dā aduersus morbos, ueneficia, ruinas, tonitrua, cæteraq; mala: ita semper cœlestis philosophic decreta, sanctorumq; hominum exempla ad manum habenda, aduersus incursum animi morbos, libidinem, iracundiam, ambitionem, superbiam, auaritiam, hisq; similes affectus. Virgo igitur sanctissimos quosq; libros, qui exemplis insignitæ pietatis, acerrimæ Dei ultionis, & vindictæ atrocium iniuriarum scatent, doctrinisq; salubribus abundant, nocturna atq; diurna manu uerteret. Absit autem inter legendum impia curiositas, & in omni ferè negocio malè audiens ~~negligere~~: cum iudicio delectuq; uenerabunda legat spiritus sancti oracula: omnia ueneretur, exosculetur, adoret: ardeat amore, & pia mētis flamma: absit languor, tedium, satietas. audiē, uigilanter, sobrieq; legat: digna scitu in memoriam reponat, animoq; affigat, quod semper in procinctu & obuiæ sint opes illæ salubrium doctrinarum & exemplorum, quibus animum aduersus omnia mala com munitum habeat.

*Mores in me
sa uirginibus
obseruandi.*

Iam de cultu & moribus mensæ, qui non sunt neglectui uirginibus habendi. Est enim mensa, res sacra, ad quam non nisi defecatis animis accedēdum: & quam pietas, moresq; casti decent, ornantq;. Sit itaq; frugalis mun dices, arrideat mediocris apparatus, qui cor poris

poris necessitati fatis est. Sybariticas Iauricias, Siculasq; dapes, ad Heliogabalos, Sardanapalos, Domitianosq; ablegemus: temperantia, frugalitas, mundicies, uictusq; pacius Christi sponsas decet, ac commendat. Quam inedia macerandas non censeam: sed quantum natura modico contenta exposcit; tantum cibi sumendum esse puto. Luxum, in gluuiem uentris, carnisq; illecebras odi & acreo, quibus crassum corpus saginatur, animi spiritus strangulatur. Socia mensæ uirginum sit festiuitas, modestaq; hilaritas, qualis uirgineam sanctimoniam decet. Non exigo Catonis tetricam seueritatem à teneris puellis, ^{καὶ οὐκαπέτεν} Crassi uultū: sed colloquia casta, laeta, sancta requiro. iocos meretricios, obscena uerba, facetias, leporesq; scurriles rehicio: ne quid hinc pudicitia detrimenti capiat, quod in procliui est. nam turpitudinem uerborum saepe turpia facta sequi solēt. Sint procul à mensa nigri sales, scommata, dictoria falsa, amarulentiaq; uerborum, quæ non raro in mutua odia animos uertere solent: adsit reuerentia quædam, & cultus. inferior superiori nō inuidet, sed faueat, & morigere tur. Prius preces solēnes Deo fundat, quam eibū capiant: exacto item conuinio, laudibus diuinam benignitatem prosequantur, idq; exemplo Christi: qui in ultimo conuiuio, quod cum discipulis agitauit, patri suo grates

60 GASPARI STIBLINI
grates persoluit, laudesq; dixit. Nec mihi
displacet, quæ in aliquibus locis inolevit cō-
suetudo legendi ad mēsam aliquid sacrarum
historiarum, aut literarum Biblicalarum: ne u-
lum tempus officio, ac pietatis exercitio ua-
cum sit. Nulla in re conniuendum, non in-
dulendum corporis uoluptatibus, desidiae
& inertiae: seuerè castiganda caro: aures autē
semper sint occupatae audiendis diuinarum
rerum narrationibus. *ad spay ap*, rixas, inglu-
uiem, clamorem, indecoros risus, sermones
obtrectatorios, uirginum *ovariis* excludere
debent. Velim non minore religione men-
sa accumbant, quam si rem diuinam faciant.
Quare quicquid sanctitati & castitati aduer-
satur, id omne foras quatatur. Cibaria
immensæ Dei benignitatis donum est,
in mortalium alimēta diuinitus & gratis da-
tum. Non ad præscriptū calicis potetur, nec
ad insaniam usque bibatur: sed tantum, quā-
tum ad reficiendas uiires, corporisq; ualeuti-
nem tuendam sat est. Perpetuum in conni-
uio silentium, argumentum est inuidiæ mu-
tuæ, aut tacite discordiæ. Condiri ergo de-
bent uirginum trapezq; festiuis castisq; collo-
quijs. Ceterū à largiore potatione cauen-
dum: ne animo uino incalescente, irreparabi-
le pudicitia datum accipiat. Sobrietas fru-
galitasq; optimæ sunt custodes sanctimo-
niæ & continentiæ.

Somni

Somni uirgo sit parci & modici. Qui e-
 nimi, parcē uiuunt, ijs tenuis quoq; somnus
 satis est: ex immodico autem pastu, crafsis al-
 tisq; soporibus mortales sepeliuntur. Hefio-
 dus somnum mortis fratrem, & Stygiæ palu-
 dis amatorem esse fingit: qui si modum non
 teneat, & animo & corpori calamitosus est.
 Hęc uita uigilia est, & breuis: quare non com-
 mittendum, ut meliorem uitę partem, quę
 diuinis laudibus ac precibus impendi debet,
 somno perdamus. Omniū autem preciosissi-
 simūstępus est antelucanum, siue matutinū:
 quod, si desidiae uirgo det, non parum dispē-
 dij & corpore & animo feret. Somnus igi-
 tur ad necessitatem, non uoluptatem, capia-
 tur. Nam diuturna quies (ut poeta inquit)
 uitij alimenta ministrat: omnis turpitudi-
 nis, corporearumq; uoluptatum fomētum.
 Virgo igitur Christo nupta, masculo & seue-
 ro sit animo, non somno fracto, delicijsq; ef-
 feminato, aut inhonestis uoluptatibus dedi-
 to. Sit uigilans, precum purarum studiosa,
 ante solis exortum diuinis officijs occupata.
 Plurimum apud Deum ualent uota sublustrī
 luce oblata, quare si immodico somno addi-
 eta, in clarum mane stertere assueuerit, iam
 corpori prostibulum ad omnes illiberales
 uoluptates patefecerit puella.

Vestitus, corporisq; cultus, nō sit exquisi-
 tus, nimiumq; laetus: sed mundus, decorus, *Habitus, s-*
ne uenitius

62 GASPARI STIBLINI
& honestus. Sæpenumero mortales nō per-
peram, ingenij & morū ex habitu argumen-
ta colligunt. Indicium intemperantis animi
est, uestis supra modum operosa. Natura, so-
lertissima rerum opifex, abūde satis docuit,
non tanta arte, tantoq; sumptu ad corpus te-
gendum uelamenta esse comparanda, cum
hominem nudum in hunc orbem abiiciat.
Hic nimirū præcipuus uestis usus est, ut hoc
præsidio corpus aduersus frigus & estum,
imbres & tempestates tutum sit. Quorsum
igitur attinet auro, margaritis, gemmis, seri-
co, bysso, purpura corpus tegi, ne dicam one-
rari, cur ista tam stulte & laboriosè mortales
querunt. Eieçtam uolo istam molliciem è ge-
nero virginis animo: quæ tū demum spon-
so Christo placebit, cum huic mundo disipli-
cer, cū omnis pōpæ & strepitus negligēs est.

Scriptit super-
riores bus an-
nis de uestitu
generib. La-
zarus Bay-
fior ubi uam
do tum ave-
tegumenta.
Cum autem uaria uestium genera existat,
quæ materia, colore & forma differunt: eam
uestiu di rationem sequendā arbitror, quam
peculiarem monasteria & quælibet cœnobia
habent. Vests enim, si luxus absit, ut pietati
nihil adiicit, ita nihil detrahit. Non admo-
dum uero probauerim quorundam prodi-
giosos habitus, qui plerunq; suspicioni hy-
pocriticos, simulataq; pietatis locum dant.
Si igitur tegumentum corporis mundum,
frugale, honestum, à luxuq; alienum, quodq;
satis est ad arcendum frigus & aestum à cor-
pore.

pore, ita tamen sit temperatus cultus, ut non
Lamia, aut Erinnys, Thessala ueanus uideat-
tur: sed decora uirgo, uirtutum exercitijs, sa-
crarumq; rerum ministerio deuota.

Non tutum satis est, collegia uirginū qui-
buslibet patrē: periculosius uero, uirgines ^{Cenobia vir-}
sacras, & proteruos iuuenes inter se collo-^{ginū non quā}
quia miscere. Primus enim hic gradus est ad ^{būjus paterē} debent,
impudicitia: & sāpe ex aspectu, soloq; natu-
ringens flamma concepta est. Itaq; omnes in-
sidiariū occasiones ablatas esse cupio. Hone-
stis uiris, affinibus, cognatis, parentibus, fra-
trib, congressus non detrectetur: imo hone-
stissimum est, horum commercio ipsas uti,
unaq; cibum capere. Nihil enim Deus offen-
ditur, si interdum frontes cum suis tempe-
ranter explicent, nec tamen septa uirginei pu-
doris transiliant. Adsit hic hilaris & festiu-
seueritas, seueraq; hilaritas: sermones habeā-
tur de rebus sanctis, dictu honestis, cognitu
utilib. memoratu dignis. Quām leuiter ma-
cula concipitur, ex improba conuersatione:
quoties castitas & pudicitia imposturam pa-
titur, ex consuetudine procacium sanctita-
tis insidiatorum: Docuit hoc non semel
euentus & res ipsa. Quare non minima ra-
tio eorum habenda est, qui ad uirgines fa-
cias commicare soleant. Nec enim satis unquā ^{Conuersatio} mutua, ac
pudicitia custodiri potest. Sit autem uirgi quotidiana-
num inter se iucundissima conuersatio: adsit ^{puellarum}
mutuus

64 GASPARI STIBLINI
mutuus amor, mutuusq; benevolentia, & co-
mitas: faceant odium, inuidia, celibatia, insol-
lentia: sed candor, sinceritas, & pax, animos
illarum copulent, ac cōmiscent. Se inuicem
exhortentur, stimulent, excitent ad pietatis
studia: certent inter se officijs: adsit quādam
temulatio, & laudabilis uirtus ap̄boros sȳlos uirtu-
tū. Animos à fuco & simulatione, occultoq;
odio, quam zizaniam diabolus in mētes ho-
minum spargit, repurgatos habeāt. Nullum
genus benevolentiae & beneficentiae inter se
omittant. Exulat enim à mente uera pietas,
quam occupauit odium: abhorret Spiritus
sanctus pectus, quod inuidia contaminauit.

*Nō nimis ar-
ēto & seuero-
uita generi
puellæ astrin-
genda.* Hoc etiam non est silentio præterēndum:
quorundam institutis, seu (ut ipsi loquuntur)
regulis, ita includi uirgines, & quasi in per-
& diei aspectus ipsis adimatur: nō parentes,
non fratres, non propinqui admittātur, qui-
bus uix per angustas fenestellarum rimulas
colloqui fas est: in hoc scilicet apicem pietati
esse persuasæ mulierculæ, si ne latum digi-
tum ab istis plus quam Stoicis, ne dicam in fa-
nis constitutionibus discedant. Itaq; ueluti
sint ab omni humanitate, mortaliumq; con-
sortio excisi, umbratilem & caliginosam ui-
ta rationem persequuntur. Miserum sanè
stultas puellas, neq; ætate neq; rerum usu tri-
tas, in hæc ergastula, in hasce uitæ angustias
intrudi,

intrudi, quasi in liberiore cœnobio nullus
piæ uitæ locus sit relictus.

Virginem decet esse colloquiū rari & par- *Colloquium*
ci: præsertim cum peregrinis. Dedecorosā
quippe uirgini loquacitas: ornamento uero
eidem silentium est, ut uerè Sophocles:

Γυναικὶ λεσσαμηνὸν στργὺν φέρει.
Non igitur sit lingua præcipiti, perulante,
garrula: nemini labem aspergat, nullius fa-
mam rodat: nihil impudicē, nihil acerbē, ni-
hil insolēter, nihil superbē, nihil fero citer, ar-
roganter, uirulentē loquatur: sed castē, par-
cē, uerè, simpliciter, *ταχανίς*, mansuetē, placi-
de sermonē cum alijs misceat: memineritq;
naturam in hoc communiuisse linguam ual-
lo dentium, ne temerē effutiamus quod for-
tē in buccam uenerit, & tum demūl loqua-
mur, cum res urget, & poscit: cum nulla mo-
destia, aut non sine damno filere possumus.
Quare Isocratis consilium omnino sequen-
tum suadeo, qui ita ad Demonicum scribit:
δύο τοῖς λαγῆσι τῷ λέγειν, οὐ πρὶν ὅμοιον σαφῶς, οὐ πρὶν
οὐ αὐτογνῶντος ἀπόν. οὐ τέτοιο γάρ μόνοις δὲ λέγειν οὐ
τιγῆς λεπίτων: οὐ τοῖς ἀλλοις ἀμεσῶν στργάμ, οὐ λέγειν.
Quorum uerborum sensus est: Geminas lo-
quendi occasiones captabis: aut de ijs rebus,
quas familiariter aperteq; nouisti: aut de qui-
bus necessariō dicendum. in his solis sermo-
nibus silentio præstat: in alijs, tacere præstabilius
est. Quod præceptum, tametsi latius pa-
f teat,

68 GASPARI STIBLINI
teat, ad omnesq; pertineat: tamen uitginei
pudoris singulare ornamentum est tacitur
nitas, odiosa uero i^s τοιχηδ^ς γνωστην, qui
linguae morb. faemineo sexui ut familiaris,
ita omnium odio dignissimus haberi solet.

Virgo semper curam sui gerat: id est, nulla
qua sui sit secura, sed in dictis factisq; sit cau-
ta. Omnis sermo diuinæ gloriæ inseruat: nil
nisi pium, sanctum, castum sonet: facta, & ui-
tæ actiones, conformes sint Euangelicæ do-
ctrinæ, sanctorumq; uolumini monitis. Py-
thagoricū uersiculū quotidie in ore habeat:
woi περιβλύ, τί R. θρέξ, τι με περιτίθεται?

Id est, Quò sum transgressus? quid feci? quid omisi quod factum oportuit? Longe dulcior fieri cœnobaricæ uitæ institutum pueræ, si cogitet, hanc uitam repræsentare imagi-

Vita præsens nem peregrinationis difficilis. Viator semel peregrinatio iter ingressus, usq; moræ impatiens est: do-

& exilium. nec eò peruerterit, quò ire constituit. Non il-
lum blanda nemorum uireta, non fontium
amoenitas, non multarū urbium celebritas,
nullum spectaculum, nullæ illecebræ, nullæ
deliciæ detinent: Omnia post se relinquunt, ne-
gilit, fastidit: illuc animus est, illuc uoluntas,
mens, illuc totus, quò tēdit, qui si ad lapidem
impingat, si in prēcipitia, saxa, montes, feras,
aliaq[ue] eius generis mala inciderit, breui labo-
re exantlato periculum euadit, superatq[ue] &
susceptam profectionē continuat. Sic & præ-
fens

sens uita, in qua peregrinantibus, & ad cœlestem pâtriâ properantibus multa mala, plurimâq; remorë impedimento esse solent, ex iij speciem refert. Beatæ igitur uitæ amore ardente, non uoluptas, non diuitiæ, nō caro, nō mundi illicia, neq; aduersitas, neq; ulla tētatio ab instituto itinere reuocabit. Quare alacrioribus animis uirgines, omnes labores, molestias, uigilias suscipient, si finem peregrinationis, si cœlestem patriam, uitamq; immortalem sibi proposuerint. Aspera quidem, & difficilis, impeditaq; uia est ~~pro~~ rido ~~ad apertos angustos~~: sed in uertice summo, grata superantibus offertur requies. Voluptatis autem iter amplum & spaciosum est, sed in fine calamitosissimum: nam uiatorē in profundum, & perpetuum exitium præcipitē dat.

Ergo puella non deficiat in medio cursu, non succumbat huius mundi malis, non trædeat ipsam laborū, & iugi Christi, quod mite & dulce est: & quo minus uicē restat, eo maiore contentione ad finē usq; eluctetur. Olim turpe erat apud Lacedæmonios, priuari hoc est, hastam abiçere pugnantē: quanto turpius & damnosius, uirginem Christo deuotam, & aduersus omnem mundi strepitum, carnis illecebras, diaboli mille fabricas, dimicantem, in ipso feruore prælij hastā abiçere, ac läguere? Illos demum uictoriæ insigne corona manet, qui prostrato hoste, ui-

*Ad uirgines
sacras adhortatio, ne ue-
lant inconstan-
tes & fractas
esse, loco Epila-
goi.*

68 G A S P A R I S T I B L I N T
etricia signa referunt: non qui se turpiter fu-
gæ mandant. Adiuuat Deus egregios cona-
tus, fauet tam sublimi uirginis spiritui, nec
uirginem diuino præsidio & ope subnixam
destituit: præstò est laboranti, auxiliatur, ful-
cit labarit diuina gratia, suggestit uires, stat
succenturiatus in præsidij, deficientem sub-
leuat, reuocatq; uim spiritus in deiectis ani-
mis. Idcirco puella, semel fide Christo da-
ta, perseveret, & uictrix tandem uirginitatem
illibatam ac inuiolaram Deo offerat: grati-
simam nimurum uictimam, & omni sacrifici-
orum nidore suauorem: scj; de mundo
triumphantem, ad altissimam cathedram di-
uinæ maiestatis sistat.

Mors nō ex-
timecenda. Abstergendus interim omnis metus mor-
tis erit, quæ animum, particulam de diuina
mente decerpsti, tetro ac caliginoso carce-
re corporis liberat. Sustinendus est aninus
spe resurrectionis, *ngū rōn d̄ ſuūs c̄w̄s c̄p̄s̄ ēw̄*.
Bonis ergo & integris mors non debet esse
formidabilis, sed exoptata, ut quæ ex hac lu-
rea corporis custodia animum eripiat, prio-
riq; dignitati & sedi reddat.

Iam uero si præconium uirginitatis face-
re uelim, dij boni quanta hic dicendi sylua fo-
ret: quam copiosa orandi materia hinc sup-
peditaretur? Verum rem per se laudabilem
ac præclaram cōmendare, est uino uendibi-
li hederam suspendere. Hæc enim proximè
ad ange-

ad angelicam dignitatem accedit, sacrisq; spi *Laus virginis*
 ritibus socios facit homines: animi ab omni-
 ni terrena fece, omnibus uitiorum cordibus
 purgans, & auellens ad æterna, ad Dei con-
 templationem erigit, sanctitatē & tranquil-
 litatem menti confert. non humili repit, nō in
 terra moratur: sed arduū ethera tranat, subli-
 mis uolat. Est quidē res sancta coniugium, *Coniugium.*
 ab ipso rerū opifice Deo, in infantia mundi
 primum institutū, & consecratū: quod etiam
 Christus sua præsentia in Chana sanctifica-
 uit, & firmauit, & in coniugio castè pieq; ui-
 ui potest: nec Deo displicet, liberis creandis
 operam dare, creatos sancte educare. genus
 enim humanū opera & beneficio matrimo-
 nij ab interitu asseritur. Sed longè superior
 virginitas, quæ tota cœlestibus æternisq; re-
 bus occupatur, in sublime fertur, angelorum
 commercijs utitur. Hinc Christus, uitæ fons,
 ex Virgine nasci uoluit. Repudiat illa, iur-
 gia, lites, rixas, quibus raro coniugalis torus
 uacare solet: non opum cumulandarum stu-
 dio tenetur: affectus carnis præcidit: pedis
 quas habet castitatem, sanctitatē, pietatem,
 modestiam, deniq; totum uirtutū chorū:
 nihilq; ipsam præter contemplationem, le-
 ctionem, preces, psalmodiā, cæteraq; rerum
 diuinarum officia sollicitat. Quare, sanctis, *Epilogus.*
 simæ puellæ, quæ mundo, & omni pom-
 pæ ac strepitui illius bellum indixistis, quæ

decreuistis castitatem illibatā Christo spon-
so uestro offerre, & semotę ab hominum tur-
ba, castam, piam, sineq[ue] libidine & scelere ui-
tam traducere: gladiatorijs animis rem ad-
gredimini, & perseverate obsfirmato pecto-
re: durate assidue in pietatis cultu, & preci-
bus: uirginitatemq[ue] candidam, & ab omni la-
be puram & nitidam uobiscum ad tribunal
Christi fert: qui uos amabili cōplexu fouēs
suaniabitur, sponsas suas, & in delicijs ha-
bebit in regno suo, per omne æcum. Con-
silio uero hoc nostrū, & cōpendiariam in-
stitutionem uiræ uirgineæ, nobilissimæ Do-
minæ, clarissimoq[ue] Virginum Chori fideri,
S C H O L A S T I C A E à Falckenstein acce-
ptam fert: cui uni hūc libellum scripsi, non
quod ipsa, iam pridem ad fastigiu cōsumma-
tæ uirtutis euecta, meis p̄ceptiunculis ege-
tit: sed ut ipsius auspicio & tutela libellus tu-
tor foras prodiret, alijsq[ue] eiusdem in-
stituti puellis & usui & uolu-
ptati foret.

F I N I S .

COMMENTARIO-
LVS DE EVDAEMONEN-
sium Republica, eodem GA-
SPARO STIBLINO.
autore,

T A M P I E T A T E Q V A M
 doctrina spectato uiro, D. Iacobo Brenzio,
 S u o c o m p a t r i c h a r i s m o , G a s p a r
 Stiblinus S.

ME I tam diuturni silen-
 tij, charissime sympa-
 triota, nullam alia cau-
 sam fuisse augurabe-
 ris, quam iter ad uos
 incelebre, infreques, minimeq; tri-
 tum. Nihilo minus Brentius meo
 nunquam elabetur pectore: cu quo,
 preter sympathiotę necessitudinē,
 etiam pridem studijs, conuersatio-
 ne, beneficijs cōtracta amicitia in-
 tercessit. Ne itaq; minus dextra
 de me suspicio tibi subeat, hanccī-
 ne de Macaria & Eudæmone lucu-
 bratiunculā, amicitiæ nostræ sym-
 bolum, & testem animi memoris,
 ad te mitto, qua fœlicis Reip. seu
 ciuitatis imaginē rudi calamo ad-
 umbrare uolui. quam si leta fronte
 accepisse te intellexero, reddes ala-

f s criorem

criorem ad maiora. Vale, cum tua
dulcissima sororcula: & me Simo-
ni à Pfürt, si apud uos agit, cōmen-
da: quem ego suspicio, amo, & ue-
neror: uirum nō tantum maiorum
imaginibus clarum, sed etiam eru-
ditione, uirtute, ac facundia inter-
cateros eminentē, Ducalem sena-
torē in Ensheim, deniq; uerē no-
bilē, qui & me uidetur amore quo-
dam singulari complecti. Fœlices
Respublicas, quibus tales pruden-
tia & sapientia Nestores præsidēt,
qualis is est, licet ætate adhuc flo-
rens. Vale iterum: Selestatij, An-
no Domini M D. LIII, pri-
die Iduum Augusti,

DE

DE EVDAEMONIS
MACARIAE CIVITATIS RE-
pub. Gaspari Stiblini Com-
mentariorum.



V PERRIME scholæ
molestias pertæsus, perq;
autumni tempus à functio-
nis meæ negotijs uacuu, a-
nimi reficiendi gratia, re-
rumq; nouarum studio, A-
ristotelis, Platonis, & Xe-
nophontis urbes, toto orbe celeberrimas, lustra-
bam: sollicitè percontans ac discens, quomodo ille-
lic res publicæ constitutæ essent, quas pridem flo-
rentissimas esse accepérant, utq; uerum fatear, fa-
ma ipsa re longè minutior et tenuior uidebatur:
tanta ciuitatum maiestas, tamq; beata rerum con-
ditio, primo statim obtutu offerebatur. Itaq; ali-
quot dies in his cōmoratus, ccepi me querundam
familiaritatì insinuare, ut singula horum opera,
commodius possem cognoscere. Complures igitur
me summa humanitate & benevolentia comp-
lexi, instituta, mores, leges & studia harum ci-
uitatum luculenter commemorabant: & quic-
quid erat insigne, aut admiratione dignum, mihi
mē grauatum commonstrabant. Erant autem

be uicia

76 De Eudæmonis repub.

bæ uicinæ, quarum media Xenophontis: à cuius
 utroq; latere triginta stadiorum spacio, Platonis
 & Aristotelis mœnia distabant. Xenophontis,
 Platonis, & Aristotelis urbes dici aiunt, quod
 hi quondam uiri eruditione & eloquentia cla-
 riſimi, fundarint, condiderint, & legibus institu-
 tisq; ciuilibus ornarint. hinc posteritas tanti be-
 neficij non oblita, in horum perpetuā memoriam
 sic appellari uoluit. Fœdero autem se se deuinxe-
 runt perpetuo, uiresq; cōiunctas habent, quam-
 uis moribus & institutis nō omnino consentiat:
 nec quantamcunq; uim hostium formidant. Solet
 illa diuersitas, ciuium animos ſepiuſculè in mu-
 tua odia uertere, ut nonnunquā inter ſeſe tumul-
 tuentur: ſed ad arma & cladem non dum diſc ſe-
 ſum eſt. Quum uero huius loci monnulla me-
 ſatietas capiſſet, & aeris temperies, coeliq; cle-
 mentia, itineris etiam commōditas, eid alias quoq;
 urbes uisendas inuitarent, ad Eudæmonem, Ma-
 carie insulæ metropolim, iter institui, cuius ma-
 gnifica celebrisq; fama iampridē me alliciebat:
 etiā agrè Aristotelici & Platonici ciues dimitte-
 rent, multifariamq; meum ab itum remorari co-
 narentur. Pedestri ergo it mere ſatis ſoliciter
 confeſto, nauē concensa, inare uerſus orientem
 nauigare cœpi: & primo ſanè die aura ſecunda
 Odysſ.a. ſumus uif, hāc uerēndis rīos nuævōngōto inpe-
 rep

Commentariolus.

77

τὸν δρόπον οἰα, πλησίον τούτῳ λόρετον εἶναι γένεται. Postera uero die uestperi coorta tempestate, & sequente Aquilone, a clū fuisse de nostra salute, ni naucleri peritiae & arte id periculi discussum fuisse. Mane uero iam aurora subrutilante, omnes incolu-
mes littore potiti sumus. Est autem Macaria Macarie in Eoo Oceano sublimis, ac rotunda: omniū re-
rum, quib. humana uita sustentatur, fertilissima,
edificijs & moenibus egregiè culta, legibus ac
moribus pulcherrimè exornata. Metropolis in Eudæmon
huius meditullio Eudæmon est: cuius urbis si pro Macarie
rei dignitate preconium facere uelit ipsa Peritho,
& facundia, suis proscētō dicendi opibus quamlibet amplis exaurirentur. Tanta huius amplitudo, magnificentia, & foelicitas, ut nihil in toto
mundo uel admirabile magis, uel literarum monu-
mentis dignius esse arbitrer. Cum primum ip-
sam ingrederer, ad tantam omnium rerum &
edificiorum maiestatem attonitus obstupui. Con-
festim occurabant, qui data dextera me saluta-
rent: conisciebant enim ex cultu & ore, me nō pe-
nitutis à Musarum commercijs abhorrere. Ceterum paucissimi sunt illic literarum expertes,
ijs summa in ignominia & infamia. Quare hu-
manissimè excipiunt me, suamq; erga me beni-
gnitatem multis modis declarat: peregrinum, &
uineris molestia delassatum, hospitio communi-
cato, con-

De Eudæmonis repub-
cato, consolantur, exhilarantq;. Mansi autem &
pud illos quatuordecim dies: ubi compotationes
sepe in multam noctem produximus, non qui-
dem luxus explendi gratia, sed commentationis,
& colloquij (quo nihil prius, nihilq; antiquius
habebam) causa. Sic enim ego Rempub. Eudæ-
monensium ueluti per lusum cognoscebam: ipsi au-
tem aliarum regionum instituta ac leges ulro-
citroq; habitis sermonibus, ceu παρεπυως disce-
bant. Que uero animaduerti, & memoria com-
plecti potui, oper& p̄cium me facturum sum ar-
bitratus, si posteriorum memoriæ proderent: ut hoc
absolutissimum sœlicis reipublicæ exemplū, cras-
ſo ac pingui ingenio à me adumbratū, ceteræ ci-
uitates emularentur. Sic igitur mores & institu-
ta Eudæmonensium describam, ut nō de Repub.
commentarium componere uoluisse, sed que for-
tè memini, breuiter retulisse uidear. Primum
ciues Eudæmonenses persuasum habent, se non
temerè confluxisse, sed numinis prouidentia uitæ
communione sociatos coisse: ut à priore uiuendi
ritu, quo sparsim in agris & sylvis currebant,
omniaq; uiribus, nihil autem prudentia & ratio-
ne administrabant, ad mansuetiore cultioremq;
& statis degendæ rationem traducerentur: eq; mul-
tis ueluti membris quibusdā, unum corpus, quod
ciuitatem uocaret, cōflaretur, congregareturq;
cuius

cuius salus & incoluntas ex quo omnibus cura
 re esset. Deum uero mundi rerum inspectorem,
 admodum hac hominum societate delectari, prae-
 miaq; conferre ijs qui tueantur eiusmodi morta-
 lium cōsortia: grauiter autem irasci ijs, qui qua-
 cunq; ratione violent iura humanæ societatis:
 & horrenda supplicia sumpturum de uiolatori-
 bus, & in Rempub. iniurijs. Vnde omnes eodem
 studio communes opes augere contendunt, nibil
 pensi habentes suis priuatim commodis consule-
 re. Male audiunt apud illos, qui proprias res pu-
 blicis anteponunt: qui Rempub. propter suum
 compendium negligunt. Finem suæ conuersa-
 tionis & administrationis esse arbitrantur, bene
 beatęq; uiuere. Beatam uitam iudicant, quæ cum Beata uita
 uirtute coniuncta, à turpitudine maxime abhor- apud Eudæ-
 ret, & aliena est. Hinc omnis eorum institutio, monenses.
 & morum regula, ad honestatis cultum, & turpi-
 tudinis peccatum spectat. Nullus Eudæmonēsum
 tam Bœotico & stupido est ingenio, qui digni-
 tatem & præstantiam hominis suo momento pon- Præstantia
 derare non nouerit, qui in se expressam diuinæ
 nature imaginem non agnoscat. Quare turpissi- hominis ab
 mun ducunt, aliquam peccati labem tam puræ Eudæmo-
 effigie aspergere, & uitiorum aliquo nœno cœ- nensisibus
 lestis simulachri tantum candorem deuenustare. serio pon-
 Crebro respiciunt ad conditorem, archetypum derari.
 suum,

80. De Eudæmonis repub.

suum, qui non parcus, nō inclemens, nō abiectus,
non iniustus: sed munificentissimus, totum mun-
dum suis tam effusis largitionibus sustentat: qui
nullo delicto quamvis atrocis tantum irritatur,
ut non illico conuersus ad misericordiam, pœni-
tentia reo ueniam donet: qui de altissimo coeli fasti-
gio se suspici, ac dominum uastissimi huius mur-
di theatri adorari coliq; uult: qui iustitiae acie
quæcumque facinora dissecat, æquitatisq; trutina
humana acti ponderat & examinat. Ad hoc
consummatisimum uirtutum exemplar, cœu ad spe-
culum se componunt, uitamq; suam moderantur:

Secundum & nihil tam secundum naturā esse putant, quām
naturam ui castè, sobrie, seuerè, iustè & piè uiuere, omnesq;
uere.

conatus suos ad communem utilitatem conferre.
contrà omnium maximè naturæ aduersari, tur-
pem, libidinosam & impiam, sineq; contentione
aliqua, traducere æstatem. Quare sedulò cauent,
ne quid in Deū & Naturam peccent, ac delin-
quunt: non tam propter impendentis supplicij
metum, quām quia turpe sit, quod ex sui natura
fugiendum arbitrantur. Ceterum ut in corpo-
re humano alia membra alijs digniora sunt, &
nobiliora, alia in conspicuo, alia uero occultæ
& recondita: ita in Eudemone non omnium est
eadem dignitas & conditio, sed personarum mul-
tiplex disserimen. Hi quippe plebeij sunt, illi pa-
tricij:

tricij: hi in magna ueneratione & spectati, illi
obscuri & ignobiles: & ut quisq; de Repub. me-
retur, prudentiaq; & uirtute præstat, ita quoq;
honoribus augetur. Adeò modesti sunt, ut infe-
rior superiori, plebeius patricio non inuideat,
sed faueat: proceres et magnates, humiles tenuiç;
fortuna ciues, non contemptui habeant, sed tue-
antur, ac soueant.

Nulla despectio, nullumq; fastidium ipsorum
coniunctionem laxat. Eò conatus, & omnem
operam uertunt, ut rem publicam saluam po-
steri accipiāt. Nullus, qui magistratus imperium
detrectet: sed omnes amabili concordia, & har-
monia quadam cohærent, ac cōsentiantur. Claros
autē & amplos uiros maximis honoribus proce-
quuntur, uenerantur, & sufficiunt. Norunt bo-
ni ciues, quanta sēpe mala reipublicæ dederit
contemptus, atq; neglectus, de omnibus beneme-
ritorum, clarorumq; uirorum: & quod uirtutis
uigor languescat, nisi præmium suum gloriam
expectet. Hinc illud Euripidis crebrò ipsis in
ore solet esse:

εὐτῷολε γαρ λιδιαντινοῖ πονητὰ πόλεις,
δταρ τις ἐδλὸς λιδιαντοθυμος εἴρει αὐτὸς
μηδεὶς φέρησαι τῶν πανιόνων πλέον.

Ex Hecu-
ba.

Tales itaq; posteritati cōmendant, uel titulis uel
statuis, uel clarissimorū uirorū monumentis, quò

g alacriora

32 De Eudæmonis repub.

alacriore ad cōsimilia uirtutis exēpla edēda amio minores excitentur. Mihi uero miranti, cur tantis impendijs statuas, quas uidi, partim æredes, partim aureas, erigerent, hoc Tragici dicto respondebant:

Ex Hecuba
Euripidis.
Nobilitas
Eudæmo-
nensis.

ai θεποντι μεν φιλωγεωμενω εωει γραμμη μη
χριμεω ετι;

Nobiles apud Eudæmonenses non habentur, qui ipsi ignauit, longas auorū & imaginum series enumerant: sed qui propria uirtute clari ad decus ac gloriam peruererunt, qui rebus gestis a se florent, iij in precio & splendore sunt. Honestata tamen familia nō fastiditur, si mores sint consimiles, & respondeat una opinioni quam induere uolunt. At exploduntur, qui plumas in gale-ro gestant, buccas inflant, titanicū obtuentur, & se ut heroas aut semideos suspici uolunt: cum perdit, luxu diffluant, & perpetuo delicientur, nec quicquam Reipub præsent. Occidunt Hesiodicum illud protritum, huic ambitioso hominum generi:

Hesiod. in
op. & dieb.
Otiū igna-
tum apud
Eudæmo-
infame.

της δι αρέτης ιδεωταθεοι προπάροισον εθναν
ἀθανατοι, μανγοις δε λιαι ὕγθιοις ουκ επ αν-
τλιο, ετι.

Infame habetur, ignavia & inutili otio tor-
pescere, situq; obduci, nullaq; re inclarescere. VN
de festis diebus certamina instituunt, & præmis-
ponunt.

ponunt uictoribus, quibus inuitentur ad indu-
striam, atq; huiusmodi præludijs ad fortitudinem
exerceantur, & assuefiant. Eadem ferè disci-
plinæ seueritas, quæ quondam Spartæ fuit. Se-
natus est augustissimus, ex uiris prudētia, morū
uiteq; sanctumonia spectatis selellus. Asciscuntur
ergo in horum numérum, non quiuīs, sed quo-
rum cruditio, integritas, & fides perspecta est:
tac uulgi, sed optimatum suffragijs magistratus
designantur. Nam plerunque res uulgi arbitrio
peñime administrantur: non enim iudicio duci-
tur, sed affectu & animi cupiditatibus rapitur.
Quocirca uiri prudētissimi, illam demum Rem-
pub. firmam, stabilem, & fœlicem fore arbitran-
tur, cui præsident docti & graues uiri, quorum
confilio & sapientia optime prospiciatur com-
munibus commodis. Illorum gubernatorum mu-
tus est, statum ciuitatis saluum retinere, iura tue-
ri, nocentes ac sceleratos punire, beneficia præ-
mij pensare, iniurias ab omnib. propulsare, pe-
nula & publica & priuata declinare, dignita-
tem reipublicæ pro uirili augere ac tueri, singula
deniq; quæ ad communē salutem attinēt, sapien-
ter administrare, quæ probè ab ipsis omnia præ-
flantur: exportationibus & importationibus re-
num, cōsilijs, iudicijs, mandatis, senatus consultis,
legibus, munificētiā, munitionibus, præsidijis uira-

Senatus Eu-
dæmoniæ.Officiū Ma-
gistratus
Eudæmo-
nenſis.

84 De Eudæmonis repub.
tutum & literarū culta, &c. Tam innocentem,
& officijs illustrem uitam transigunt, ut subditi
eorum exemplo ad honestatem prouocati, ipsis
uenerabundi obediant, obtemperentq; Tanta di-
gnitate & autoritate apud plebem sunt, ut quic-
quid decernant, id omnibus oraculi uice habeat-
tur. Iuris rationem ab æquitate non seiungunt.
Nec solum senatores, sed & promiscui ciues, la-
borem, ingenium, & fidem Reipub. promptam,
expositamq; præbent: ita iusti & boni, ut natu-
ra, non disciplina consulti esse uideantur. Ea de-
niq; bonitas ipsis innata est, ut nihil nisi purum,
liquidumq; inde haurias. Cauet autem pruden-
tiissime, ne quis fama laborans, aut macula aliqua
flagitij deturpatus, ad publica munia admitta-
tur: à quibus arcet quoq; parum honesto questui
deditos, aut alias foedè ac scelere opes parantes.
Hæc quippe res magnam suspicionis male fene-
stram aperiret, si isti ad Rempub. adhiberentur,
alijsq; moderandis præficerentur, qui inquina-
tores sibi ipsis mederi nescirent. Curijs autem,
ubi consesus & frequentia senatorum fieri so-
lent, appinxerunt oculum cum sceptro: qua ima-
gine Aegyptij quondam, principis simulachrum
repræsentabant. illi magistratus sic figurant: ni-
mirum quod oculus in animalis corpore, idem
magistratus sit in Republica. Oculorum benefi-
cio caute

Commentariolus.

85

tio cautè facimus gradum, ne toto corpore im-
pingamus: cernimus enim, quà uia pateat Sic ma-
gistratus munere Respub. floret, ac cōfirmatur.
Quod item sol in cœlo, idem magistratus in ciui-
tate. Sol oculus mundi est, magistratus multitu-
dinis oculus. Vnde Pindarū dixisse arbitrantur:

In Olymp.

ισθόμεχοροινηα

ποταμοίς, οινέλαιοις δ' ἔσται

ιφθαλμοίς. Præterea hæc uerba in æs incisa
leguntur:

PRINCIPES, MAGISTRATVS.
QUE, RERVM PVLICARVM
OCVLI SVNT: CVM IVSTI-
TIA, VIGILANTIA, LEGIBVS,
VIRTUTE MICANT: FACIBVS.
QUE SVIS INCVBANTES, COM-
MVNIVM PERICVLORVM ET
DAMNORVM CALIGINES DI-
SPELLVNT. TENEBRAE VE-
RO, SI SOCORDIA, TEMERI-
TATE, LVXV, TYRANNIDE,
CHAOS QVODDAM CAECVM
CALAMITATVM CIVITATIBVS
ORBI' QUE INVEHVNT.

g 3 Pingunt

Pingunt etiam nauem in scopulis hærentem,
 & fluctibus penè adobrutam: cuius gubernator
 incautus & temerarius excussus, in medijs undis
 natat: uectores nequicquam manus ad cælum tol-
 lunt, diuinamq; opem implorant. Quo schemate
 monent, ne imperij clavis committatur cuius,
 sed sapientia instructo eiusmodi, que non solùm
 rerum cognitionem, uerum etiam studium &
 morem honesti cōplectatur. In naui fortasse quid
 mercium, aut aliquot uectorum periclitantur:
 sed Reipub. naufragio, multa millia hominū pe-
 reunt. que pictura tali inscriptione insignita est:
 REGAT NAVEM QVI DIDICIT:
 INGRVENTE VERO PERICU-
 LORVM TEMPESTATE, CLA-
 VO PRUDENTIAE AC SAPIEN-
 TIAE INSANOS FLVCTVS DI-
 SCVTIAT, FORTITER QVE
 PORTVM INCOLVMI NA-
 VE OCCVPET.

Deniq; aurigam coloribus in pariete altero
 curie expresserunt elegantiissimè, qui cum equis
 & curru in profundam foueam magno impetu
 precipitatur: adumbrantes opinor Reipub. pe-
 riculū, si ab imperito, & minus idoneo geratur.

Civilis uitæ moderandæ rationem ingeniosè
 deprehendunt in ipso hominè lucere, in quo ani-
 mus

mus principatū obtinet, corpus se obtemperans
præbet: animus sapit, corpus obsequitur: imperat
animus, sed corporis bono: ita Magistratus nos
sibi administrare debet Rempub. sed populo, cui
præsidet. In situ est ex hoc Eudemonensium
animis, Deum esse typum principum, ac omnium
magistratum: quare illos optimos ciuitatum re-
ctores estimant, qui proximè ad formam archetypi
sui accesserint. Deus nihil non perspicit,
nihil non sentit, nullis affectibus corruptitur:
ita Senatores suarum partium esse putat, pruden-
ti consilio omnia prospicere, et administrare,
nihil omittere quod ad publicam salutem perti-
neat, nullo affectu à iustitia et ueritate abduci.
Non punit Deus nisi raro, idq; coactus. Magi-
stratus illic quoq; crudelitatis suspicionem leni-
tate ac clemētia tollit: nec sequit in subditos, quos
ut pater liberos castigare debet. Nobis adminis-
trat hunc mundum Deus, non sibi: quare ex Eu-
demonensium primarij, non suum negocium a-
gunt, sed publicas fortunas tuentur, et augent:
et præmij loco habent, si profuerint. Cum e-
go dicerem, apud nostrates potissimum diuitibus
Reipub. provincias tradi: tenuioribus autem, li-
cet doctis et probis, omnem aditum ad honores
præclusum esse: mirabantur amicitiam istam, et
se fœneratores appellare solitos aiebant, qui mal-

tum auri congestum haberent: Senatorem autem Senator his rebus æstimari, si liber sit à sordidis humiliis bonus. rerum cupiditatibus, si falsissimis u'gi opinionibus vacuus sit, si prudentia polleat, si de rebus se- cùs quam multitudo sentiat. Quid illi dicent, si audirent apud nos auctorates & sordidissimos quosq; senatores salutari? quibus neque usu neq; doctrina prudètia parta est: nihilominus tam iudicijs, consilijs, et publicis negocijs presunt.

Quale hominum genitos, ebriosos, impios, auaritiae nota inveniuntur. nouis rebus studentes, à sapientie studio abhorrentes, luxui deditos, nō modò subrunt Eudæmonenses. mouet è senatu, sed ignominie & infamie quoque tradunt. Eiusmodi hominum sentinam Eudæmon non patitur, sed ueluti uenenatissimam pestem eisicit, euomitq;

Præmium nullum aliud expectat Eudæmonen Rerūpub. si uerū senatus suorum laborum sollicitudinum, uititorum giliarum, & molestiarum quas pro Reipub. salu quod. te sufferre necesse est, quam semper ternam cœlestis templi sedem: ad quam animus corporis custodia liberatus, olim sit peruolaturus. Platonis enim sententia ipsorum animis omnino coaluit: eorum animos, qui terram tutati fuerint, in coelum reuersuros, et præmia explicatae uirtutis accepturos, uitam scilicet cum diis cōmunem. qui uero se uoluptatibus dediderint, & impulsu libidinum

dinum omnia iura violarint, illis nullū accessum ad superna patēre cōsortia. Quid aut̄ ipsorum animis est sublimius, qui tanto labore res humanae cōtemnunt? qui nō exiguam ac uile cum probro capiant pecuniolam ex administratione, sed laboris fructum, et uigiliarum precium à Deo, cuius uicem gerunt, expectant? Quid porrò beatius illis Rebus pub. quas non plebeij, quorum temeritate aliorum ciuitates labefiunt, non inopes consiliorum, sed philosophi gubernat? Quid deniq; Deo gratius, quam tam sancta grauiſſimorum senatorū uita, qui proximè ad diuinitatem quandam aspirant? At nostri omne munus defugiunt et aspernātur, cui nō aliqua lucelli spes præfulget. Celebre illud diuini Platonis dictum apud Eudemones est: tum demum beatum fu. Platonica turum orbem terrarum, si aut philosophis eom sententia mitteretur imperium: aut quibus imperium contigisset, philosophiam sequerentur. In Eudemensium Repub. quemlibet sua tuetur dignitas, quibusq; ordinibus suis est gradus et honos: quo quisq; uirtute eminentior, hoc statu sublimior est. Sūmæ assignatur turpitudini, si bonæ et integræ famæ homini obtrectet quis audius. Infame etiam est, in uirum magnæ existimationis et splendoris probra congerere: adeo sanctum habent, uirtute honorem emeruisse, ut nephias sit

Obrectatores odio haberi a-
pud Eudemenses.

90 De Eudæmonis repub.

Ordines & quicquam in proceres dicere.. Credunt optimè status non consuli rebus humanis, si sua cuiq; autoritas in ci confundan uitate maneat: si populo tribuatur, quod æquum est: si senatui tantum cōcedatur, quantū eruditio, leges, & æquitas patitur; si sic alij ab alijs tempe rentur, & firmo fœdere constent omnia, quem admodum elementa in mundo concordi quadam discordia eodem statu perpetuò durant.

Eudemones non ferunt eos, qui sortis sue obliti, maiora conātur quam pro facultate: quod intra fortu hæc res exitiosa plerunq; sit urbibus. Volunt, ut nā suā quis- Spartam suam, quā quisq; est nactus, ornet, nec quemanere cum Reipub. detrimento pennas nido maiores extendat, præsertim si imidoneus & ineptus ad alia munia existat. Sūma uero laus, si quis cum uirtute è tenui ad lautiorem fortunam emergat, aut in dignitate aliqua ampliore collocetur. Non illiberali figmento in quodam pariete depicto monentur Eudemones, ne sue quisq; conditionis obliuiscantur. Asinus leonis exuuium induitus, multis circumstantibus formidabilis est: hospes autem ad personatam bestiam accedens, asinum esse, ex aurium prominentium indicio cognoscit, ac fustibus ad necem usq; cædit: itaque aliena pelle exuta, bestia ignaua, omnibus risum excitat. Pictura tali inscripione nobilitata est:

Nullus

NVL LVS EVDAEMONEN
SIVM, FORTVN AE SVC-
CESSIBVS ELATVS, SVAE
CONDITIONIS OBLIVI-
SCITOR: QVIS QVE AV-
TEM INTRA SVAMPPELLI
CVLAM CONTINETOR, ET
SE SVO MODVLO
METITOR.

Operæ preclum esset, & nostræ gentis homi-
nes ciusmodi imaginibus ad moderationem quan-
dam ducere, qui satiandarū cupiditatum gratia
nihil non animo concipiunt, & audent: cum for-
tes sua quemq; contentū uiuere, & ipsis & Rei-
pub. longè salubrius foret. Sed malunt princi-
pes aliquando totum orbem tumultibus concuti,
quām intra suam fortunam quietā agere etatem.
at quanta id ex sua ex regni totius pernicie, ui-
demus. Rursus in alio quodā muro depicla est Cleon A-
Cleonis Atheniensis historia: qui ex byrsopōla, theniensis,
hoc est coriario, creatus ductor exercitus, fortu-
na indulgente, uictoriam reportauit: captaq; Py-
lo, suam ipsius patriā spoliavit per clandestinas
insidias, atq; eximiē ditatus est: tandem per aliū eie-
ctus, maleq; acceptus, poenas de dit, quod ultrā co-
rarij sorte aspiraret. Epigraphe huius talis est:

SI CLEON IN SVA PELLE

Q. VIIE Sa

92 De Eudæmonis repub.

QVI ESSET, A COMICORVM
SALIBVS ET MORSIBVS IM-
MVNIS, SALVVS SVA SOR-
TE MANERET.

Duo Rei- Duo autem potissima ornamenta, & ceu ful-
pub. firma- cimenta Eudæmonensis Reipub. sunt, eloquen-
menta. tia, & literarum studia. Eloquentiam exolen-
Eloquétia. dam his de causis cēsent. Primum, quia hac sola,
ratio, nobilissima hominis portio, sc̄e, suamq;
uim explicet, quæ alioqui quasi caligine inuolu-
ta latuisset: unde & solum hoc discrimine tam
in signi brutis animantibus præstemus. homines
enim linguae usu destituti, parum à bestijs differ-
re uidentur. Deinde, cum soli homini loquendi
munus à Deo indultum sit, par est ut id suæ natu-
ræ tam proprium, diligenti studio excolat. De-
niq; re ipsa comperiūt, nihil prudēter fieri citra
dicendi operam: omniumq; factorum, officiorum
& cogitationum ducem esse sermonem: quo qui
in signiter pollent, cæteris maiore prudentia &
consilio antecellere putantur. Præterea intelli-
gunt sapientes uiri, orbem terrarum magnis i-
gnorantiæ ac errorum tenebris immersum iri,
nisi eloquentiæ munere de æquo, bono & hone-
sto, alijsq; rebus, quarum cognitio in uita utilis
Philoso- est, dilucidè & commode differeretur. Philo-
phiæ stu- sophiæ autem studijs cur non patrocinarentur?
dium. cūns

cum nulla uitæ pars his uacare possit: ex eo quippe fonte reipub. administrandæ scientiam, omnianq; morum & honestatis præcepta hauriunt: extra quæ uita humana potius caligo atra & mors, quam uita esset. Ergo summa cura cauent, ne fontes omnium rerum bonarum, literas & philosophiam, amittant. Collegium magnificum ingenii sumptu extruxerunt, in quo honestis salarijs utriusq; linguae peritisimos viros cōductos, splendide ac lautè alunt, sustentatq;: qui iuuentus à teneris statim unguiculis, in optimas artes erudiāt: & in pectora adhuc uacua, inq; omnem habitum sequacia, instillent opiniones bono uiro dignas, salubribusq; de honesto decretis muniāt. Suget Eudæmonensis pubes ex optimorum scriptorum libris utriusq; linguae medullas, à primis & uirudimentis. Vbi uero ad solidiorem eruditionem granduerit, mox sanctioris philosophiae institutis traditur: quæ non ex putribus barbarorum Sophistarum lacunis, sed ex limpidissimis Aristotelis, Platonis, Plutarchi, Theophrasti fontibus petunt. Sunt autem disciplinarū sapientiae omnium præstantissimi professores, magnis impendijs undecūq; cōquisiti. A Philosophia ad dicēdi artes gradus fit, quæ tradūtur ipsis ex Demosthene, Cicerone, Isocrate, Platone, Quintilio, alijsq; disertissimis autoribus: quos, exacto iudicio,

Schola Eu-
dæmonēsis.

24 De Eudæmonis repub.

dicio, & magno ingenij acumine explicat Rhetores, ad id exhibiti. Mox adultiiores in factis cōtrouersijs ac thematijs, que à Græcis dicuntur μελέται, exercecentur, foroq; & Reipub. paratur: ne animi nimio literarum otio mollescant, emasculenturq;. Quare artibus ingenuis eloquentia, rerumq; cognitione instructi, ad Rempub. accedunt. Nolim tamē quis hinc suspicetur, Eu-
dæmo nem multa sophistarum turba corruptam esse, qui id solum operum dent, ut magno cum aplausu populi garriant: sicut quondam Attica fuisse dicitur, ubi Gorgias, Lysias, Isocrates et Prodigius, alijq; suauiter & ad aurē dicendo, multitudinis fauorem e blandiri, nec mediocrem mercedem emendicare solebant. Imò antiquam quan-
dam seueritatem spirat, nec patitur a uera uirtute ad ignauū otium per hos iuuenes traduci: sed philosophiae munere sibi educat idoneos ac egregios gubernatores. Quod autem exosos habeant istos rhetorculos, & ostentatores blaterones, ex-

In Hecuba illo Euripidis epigrammate, quod in Collegio est. quodam marmori insculptum uidi, & descripsi, apparet:

— Ανθρώποις την ἐγκλῖν ποτε
τῷη προεγμάτων την γλώσσαν ιχνευπ τολεον.
οἵλλας εἴτε χρήστες εἰδραστες, χρήστες εἰδει λέγεται:
εἴτε οὐκ πονηρα, τὰς λόγιας εἰναι σαθροίς;

lxxv

τοὺς μὲν σιναῖσθαι τὰς δὲ σὺ λέγειν πότε.
ποφοὶ μὲν δὲ εἰσ’ οἱ τάσδ’ ἐπιβωνότες,
ἄλλοι δὲ σιναῖσθαι σιατέλες εἶναι σοφοί.

Notantur enim his uersibus, qui alienis auribus escas colligunt: aut qui corrupti, causas deprauant bonas, aut malas fucant.

Pretereo interim poetas, qui, quanta maiestate & dignitate, hic Homeri uatis eminentissimi poemata moduletur & explicet, alter Vergilius sublimem grandiloquentiam intonet ac demonstret, tertius deniq; tragica scripta pensiculet atque enucleat, uerbis consequi non possum. Nec minus florent in Eudemonensiū gymnasio, Musice cum cæteris Mathematum disciplinis: quas apprimè utiles esse, ijs quoq; qui Rempub. capesunt, nemo fortasse dubitat. Modulis autem & cantionibus nō quibusuis utūt, sed ijs tantum, que animi uim ac spiritum excitant, & impetum quendam ad res gerendas inducunt. Quorum Phrontisterium hisce uersibus inscriptum est:

ijs Götteris uolugetur à eidem.

Item:

πάσοι γαρ αὐθεώποισι μὲν ιχθυοῖσι τρόποι
τριμῆνις εμμοgoi εἰσι, λικοὶ αἰδοῦς, δύνειν αὔρασσας σφέας
σιμας μδος ἐδίδαξε, φίλησε δὲ φύλετον σοισιώρ.

In aula, ubi hæc ars persirepit, circum circa
præstantissimi citharœdi depicti sunt, qui mirum

Aristoteles

in 8. de Re-

pub. ex Mu-

sico citat.

Homeri

uersus ex

Odyss. d.

in me.

in modum ingredientes primo obtutu allectant,
Præstantes distrahunt, & morantur. Demodocus Phœd-
aliquot ci- cum regis Alcinoi mensæ assilit, & citharā pul-
tharœdi. sat: flet Ulysses. Ad Amphionis modulationem
coeunt saxa, & Thebana mœnia constituunt.
Arion delphino per æquor apertum inuenitus,
chordis digitos applicatos habet. Orpheus tri-
stissimus citharæ fidibus canit, & amissam Ery-
dicens mœstiissimis numeris luget: circumstant ua-
ria animantium genera, defixis in Orpheum o-
culis, quasi permulceantur harmonia dulcedine,
condoleantq; infœlici citharœdo: currunt arbo-
res, & motant ad melos sua cacumina querens:
sistunt suos cursus flumina, suavitate catus incre-
dibili attonita. Iopas Sidonius epulas exhilarat:
dumq; coelestium corporum motus & effectus ca-
nit, modulaturq; obstupecunt Dido, Aeneas, ac
cæteri coniuic. Horū choro adsunt & Ter-
pander, & Timotheus. quorum illū Ephorim mul-
tant, quod unam tantū chordam præter necessi-
tatem intenderat, eiusq; citharam arreptam pa-
xillo affigunt: hunc quidam ex Ephoris ense di-
stricto interrogat, ex utra citharæ parte chor-
das, quæ ultra septem accesserant, incidi uelit.
David quoq; Regius propheta in terrâ procum-
bens, citharæ pulsibus diuinos Psalmorum nume-
ros personat, ac modulatur.

Magnum

Magnum etiam decus Eudæmonensis scholæ, Theologi.
 Theologi, qui numero tres, sacras literas profi-
 tentur: quo in negocio, non friuolis quorumlibet
 interpretamentis utuntur, sed ipsos adeunt fons-
 tes, trium linguarum peritia fisi, ac inde uera di-
 uinorum oraculorum sensa eruant: uetusissimo
 rum interpretum testimonij sus fulciunt, stabili-
 lunt atq; confirmant: horum consilijs instructi,
 abstrusas sacrae scripturæ opes proferunt, expli-
 cantq; & sinceræ religionis cultum. aboleri opi-
 nionum uarietate nō patiuntur. Medici quoq; Medici.
 satis frequens auditorium habent, quod horum
 scientia in Repub. necessaria uideatur, quod e-
 nim aliud perfugium in medijs morbi angustijs,
 quam medicorum consilium, & auxilium? Suæ
 igitur diatribæ parietes ornarunt Chirone, Ae-
 sculapio, Apolline, & Pæone, deorum medico: i-
 tem Galeno, Hippocrate, Auicenna, & Nican-
 dro, præcipuis medicinæ cultorib. atq; patronis.

Deniq; legum & iuris ciuili studiū in Eudæ-
 monësi gymnasio florēssimū est. Cæterū nul Iurisconsul
 lus locus Bartholo Baldo, Abbatii, cæterisq; ope-
 rosis iuxtaq; barbaris cōmentatorib. relictus est:
 imò purum & liquidū iuris intellectū, legūq; sen-
 sus, ex ipso purissimo et Latinissimo uerborū cō-
 textu hauriūt. In eo latere collegij, quod ad forū
 spectat, bæc uerba marmori inscripta uisuntur:

h S. P. Q. E.

93 De Eudæmonis repub.

S. P. Q. E. VIATORI S.

» Arbitrati sumus ad nostræ ciuitatis salutē &
» diuturnitatē nō minus pertinere, iuuentū, uni-
» cam futuræ Reip. spē, probis morib. bonisq; lite-
» ris institui, quām urbē mœnib. cingi, munimētisq;
» alijs firmari. Tutiſſimū quippe preſidiū, et ſtabi-
» limentum longe in columitatis, in prudentium ut-
» rorum consilijs, & ſapienti omnium rerum ad-
» ministratione poſitū eſt. Quare hoc collegium,
» & hanc ſcholam, ut publicam bonorū uirorum
» officinam extruximus, iſſituimusq; , et annuis
» reditibus ampliter dotauiimus, ex qua docti & i-
» doneci ad Reipub. munera uiri, uberi perpetuò
» prouentu prodeant, & in noſtra ci-
» uitate efflorefcant.

Rerum no- Sed de Schola ſatis tranſeo ad alia. Rerum no-
uandarum uandarum ſtudium prorsus dabant, ueterum
ſtudium de institutis manent. Intelligunt enim, innouatio-
reſtabile a- nes radices eſſe magnarum ſeditionum. Ex uete-
pud Eudæ- rum annalibus documēta huius rei ſumunt, quod
monenſes. uidelicet iſta immutandi, omniaq; peruerſendile
bido, cum multis alijs ciuitatib. & imperijs, tum
etiam Atheniensibus ac Romanis male ceſſerit.
nam ex innouationibus, priuata commoda que-
runt homines, publicasq; res morantur. Quare
in cum qui leges abrogare, aliaq; que maioribus
uifa ſunt, antiquare, aut noua condere ſtudet,
cueriſſi-

seuerissimè animaduertunt, ut qui saluæ cùmitatis statum labefactare tentet: nisi euidentibus rationib⁹ planū fecerit, cōmuni utilitati plurimum hinc accessurum. Vbi populi conuentus fieri solent, hæc nota apud Athenæum sententia saxo incisa legitur:

ΣΥΝΕΤΩΝ ΑΝΔΡΩΝ ΕΣΤΙ ΕΜ
ΜΕΝΕΙΝ ΤΟΙΣ ΠΑΛΑΙΟΙΣ
ΔΟΓΜΑΣΙ ΚΑΙ ΖΗΛΩΜΑΣΙ.

Quanto beatiores Eudæmonēses nobis sunt? quibus impunè licet, pro libidine, tantum nō cœ lum & terram miscere? Rescindimus uetera, & sancimus noua: eaq; rursus abolemus, & denuò aliud rogamus: sic fit, ut omnia sursum ac deorum agantur, nec quicquam suo in statu diu maneat. hac occasione legib. sua dignitas perit, magistratus & primorum autoritas hebescit, contumacia plebem inuadit, uitia cumulantur. Ed nos perducit luxotomias studium. Q. Seruilius Hala, Spurium Melium nouis rebus studentem, sua manu occidit: & nostri perferūt, effrenatā ac furiosam quorundā licentiā innouandi quicquid & in Repub. & in religione libet? Vnde tantas tumultuum procellas in mūdo esse ortas, non dubium est.

Leges conduntur senatus autoritate, & popū Legum sa
b a li con. dico

li consensu rogantur, multis antè demonstrato,
quanto emolumento Reipub. futur.e sint. Sunt

Leges qua- autem eiusmodi, ut non solum comminentur pœ
les apud Eu nas maleficiis ac transgressoribus, sed præmis T
dæmonen- honoribus inuitent ad recte agendum. Seditio-
ses.

Seditiones, nibus omnem fenestram occludunt, quod ea com-
pendiaria uia sit ad perniciem. Conciliabula T
priuata conuenticula ciuibus, quibus se picule
conspirationes contra Rēpub. fiunt, uicta sunt.
Si qui deprehensi fuerint aliquid aduersus publi-
cum ciuitatis statum moliri, capite poenas tanti
sceleris exoluunt.

Porrò sapientissimus Eudæmonensium magi-
stratus cum intelligeret, seditiones & tyrāides,
potissimum ex luxu & delicijs nasci: sumptuq;
quæsum superante, ad malas artes homines se-
uertere, quo luxui semper pecunia suppetat: legi

Luxus & bus sumptuarijs prisoriū exemplo intemperan-
immodici tiām ciuium cohercent, ut quisq; pro modulo fa-
sumptus, cultatum suarum sumptus faciat. Nulla quippe

præsentior Reip. pestis, quam luxuria, quæ cum
uita libidinosa & intemperante coniuncta est:
quam mox sequitur animus nullum facinus aut
scelus horrens, frangitur & emasculatur iuuen-
tus, & inutilis ad omnem functionem intempe-
rantia uitæ redditur. Hinc tot morborum agm
na ueniunt: substantia exhaustur. Mentis quoq;
stupi-

stupiditas, animiq; leuitas comitatur immodicam
deliciarū affluentia: deniq; seditiones, adulteria,
prodiciones, rapinae, et (ut semel dicā) ipsius
Reipub. euersio, ex hoc malo pullullat. Nullum
seculis, nullum facinus est, ad quod suscipiendum
non impellat uoluptatis libido. Constat bonis
uiris, nihil prestabilius mente homini esse datum.
nolunt itaq; hoc diuinum manus ac donum uo-
luptate et luxu contaminari: eosq; ab honoribus
arcent, quos sciunt delicijs indulgentiores esse,
que consilium et omnem rationem impediunt.
Versus Diphili, qui apud Athenaeum leguntur,
de legibus sumptuariis Corinthi lati, tabulae la-
pideae inscripti illie apparent:

τοιστονεμαδηρέτι βέλτιστον εὐθάδετο
καιευθίσις ιν αὐτόν τινος ὀφελεύνει αἱ
λαμπρώς ορῶμεν, τόπον αὐτονέμενον πόθον
ζε, λαούτι ποιέων, λαού μεν ζετιαν ἔχη,
καὶ αἱ περισσότεροι λιγοτεροι τέλευται,
ἴσην δὲ πολέμουντες μηδεν τῷ βίῳ.
ζεν δὲ ὑπέρ τοὺς θρίας θλαυτανῶν τούχη,
ἀπειπον αὐτῷ τόπον μή ποιέει ἐτι.
ος δὲ αὐτὸν τοῦ πειθῆτο, ἐπέβαλον γνωμίαν.
ζεν δὲ μηδὲ οὐτοῖς ἔχωρ γε πολυτελῶς,
τῷ θλαυτίῳ παρέδιωκαν αὐτὸν, οὐρανοῖς.
οὐκ εὐθέχεται γερές γενούσην κακοῦ τινός.
τοῦτον τονίνος, αὖτις αὐτογνοίως ἔχει

Leyes sum-
ptuarię Co-
rinthi latæ
olim.

102 De Eudæmonis repub.

πλωποδιντάμ, νυνέσ τοιχωρυχία,
ἢ τῶν ποιόντων ταῦτα ποιηταῖς τεσίμ,
ἢ συνοφαῖσιν λαζ ἀγοραῖ, η μαξίσιμο
ψεύται τοιστοι ἐναλλαζούσι γένος.

O si et apud nos leges sumptuariæ ferrētur,
et hi uersus omnibus parietibus, foribus, ualuis
inscriberentur: non in tanta scelerum immanita-
te uersaremur. Quid enim corruptius luxu ho-
die est: quam Germania omnis generis uolupta-
tibus addictissima: ubi omnes lenones, heluones,
ganeones, asylum ac profugium habent: tantum
degenerauit à prisca illa parsimonia ac frugalita-
te, ut omnia uoluptate metiantur: cuius fructum
summæ felicitatis esse arbitrantur. Hinc illa ui-
tiorum illuie tota ferè obbrutuit. Inoffensa ua-
tudo Eudæmonensium usq; ad ultimam et
monensiū. decrepitam etatem: idq; debent diete, et conti-
nenti e. at nos uixdum iuuentam egressos poda-
gra, senectus, morsq; cito occupat. Omnes Eu-
dæmonis ciues re mediocri sunt, ac de suo uiuū:
apud nos omnia plena mendicabolorū circūfora
neonū. Sapientia, ingenij acumine, prudētia ni-
hil nō perspiciūt, excogitant, et administrāt: nos
temeritate, audacia, stupiditate mentis, animoq;
sexcentis morbis corrupto, flagitia flagitijs ac-
cumulamus, et Rēp. pessū damus. Mirū, princi-
pes tāta luxuriae dāna nō sarcire legū seueritate.
Ebrice

Ebrietatem usq; adeò detestantur, ut sacrile- Ebrietatis
gos & ebrios æquali odio persequantur: nec in-
iuria, ut ego quidem sentio, nam infra brutorum
conditionem ponendus est homo, qui suam natu-
ram immodico uino strangulat, rationisq; uim
prefocat, qua sola homines dici meremur. Et
cum nihil tam secundum naturam sit, quam fru-
galitas, uictusq; parsimonia: quid execrabilius
homine, qui ingurgitatione naturæ ius uiolat, ea
iusq; limites egreditur? (quod ne ipse quidem
bestiæ faciunt) qui naturæ, optimæ rerū parcit
tis, ac modico contentæ, immemor, uoluptatem,
intemperantiam, luxuriem, pro uirtute, tempe-
rantia, & continentia amplectitur? quibus natu-
ram suam extinguit, sibiq; uitam decurtat.

Quare si quem in publico madentem uino Ebrios pu-
immodico, incessu uacillantem, & ineptius gesti viuit Eudæ-
culantem offendant, confessim comprehenditur, monenses.
& in custodiâ traditur, asseruâdus per triduum:
quo exacto, coram tribunali sistitur, & grauissi-
mi criminis reus arguitur: quasi ipse sibi uim at-
tulerit, & intemperantia nexuerit insidias uitæ
sue: quod detestabile Eudæmonensibus habetur.
Si prius honoribus functus est, ijsdem priuatur:
sin minus, in perpetuum omnis spes & occasio
Potiundi magistratus aufertur, adimiturq;. Per-
fusum quoq; habent, Deum uehementer offendit

abusu tam præstantium rerum, quas nobis non malignè, sed effusè quotidie dilargitur: itaq; a more honesti, & metu numinis iræ, ad puniēdos ebrios, immoderatoq; potu opprimi solitos impelluntur. At apud nos Germanos usq; adeò uulgaris est illa diréxu, seu angina uinaria, ut iam non dedecus habeatur uinolentia: sed cœu iucundum & amœnum spectaculum, omnibus risum excitet, ac benevolentiam apud quosdam conciliat; fauemus enim tam facetis & festiuis combi-
bonibus: nulla ciuitas, nullus uicus, nullus angu-
lus per omnem Germaniam est, qui non oleat ui-
nolentiam, qui non crapulis fordeat. Vident hoc
magistratus, proceres, principes: sed cum eo-
dem in luto hæreant, eadē in charybdi laborent,
connuent. quaenam modestia alios corriperet,
ipſi eodem uitio inquinatores?

Læta & mo- Cæterū hilares & modestæ compotationes
desta sym- non improbantur Eudæmonensibus: nec idcō in
posia. nus uocatur, qui potu moderato dysopiam & fu-
cum excutit, ac cyras eluit, ad hilarioremq; uul-
tum & festinitatē quandam conuertitur. Qua-
re œnopoliorū foribus tabula, hoc Euripideo
inscripta carmine, uidetur affixa:

— ο Σεμέλης γόρος

Ex Bac- bērguοs ὑγρὸν τόπον ὅπε, λαζίσενέγνατο
chis Eur- θυντοῖς, ο πάνωτις ταλαιπώγες λεγετο
pid. Λύπην,

λέπτης, ὅταν πάνωθιστιρ αἰματέλες φῶς.
ὑπὸ τε λίθου τῶν διαθημέγαν λακέων
δίλωσιν, οὐδὲ εἴ τοι αὖτοι φέρμοσιν τόνων.

Huc mihi pertinere uidetur celebris illa Socratis apud Xenophontem, de bibēdo sententia:
αὐτὰς τινες μὲν τὸν αὐτόλεγον λακέα εἶποι παντὸν σοντα. In Symposio.
τῷ γαρ ὄρτιόν τος, &c.

Obscenitatem uerborum (quam Græci αἱ Obscenitas uerborum dicunt, nos uerbo uerbum reddentes ταὶ uerbo-turpiloquium) legibus è sua ciuitate extermina-rum. runt. tales enim credunt suos euadere, qualia colloquia quotidiana sint: εἰ turpia uerba, turpia quoque facta proximè sequi persuasum habent. Evidem omnis contubernij conflictatio plurimum momēti habet tam ad corrigenda quam ad deprauanda ingenia mortalium: tamē præcipue ualeat oratio, que ex penetralibus animi de-prompta, occultam quandam uim εἰ energiant secum assert, ac in auditoris animum trāffundit: si fuerit pestilens εἰ impudica, præsentaneum ue-nenum: si honesta εἰ salubris, efficax remedium est. Cynicorum sententiā pridem exhibilarunt, plus tribuentes Aristotelī in 8. de Repub sic scriben-ti: δάκτυλος μὲν οὐδὲ αἰχμολογίας ἐν τῆς πόλεως ωροφ οὐδοτί, δεῖ τὸν νομοθέτην εἰξορίζειν. in τῷ γαρ αὐλητῶν λέγεται ὅτι εἰ τῶν αἰχμάτων, γίνεται λακέα τὸ μορίπου οὐδεγγύς. Quod si nostrorū mo-

106 De Eudæmonis repub.
rum spurcitiem & inueteratam apud plerosque
uerborum obscenitatem considero, illorum ue-
recundiam, & sermonis & morum honestatem
ueneror, nostram pudendam impudentiam exe-
cor: qua etiā ad mensas, quæ tamē mores castos
& defecatos animos desiderabant, atq; in bono-
rum uirorum conuiuijs turpiissima & fœdissima
quæq; eructare non erubescimus: imò ex insigni
obscenitate gloriam querimus, nobisq; laudem
arrogamus. Videas sepiissimè iam canicie al-
bescentes senes, adeò non abhorrere à uerborum
turpitudine, ut facile spurcissimos lenones fœdi-
tate & impudentia supereret. Res est luce clarior:
nemo tamen apparet, qui pristinam morum syn-
ceritatem vindicare uelit.

Blasphemæ. Blasphemias, quibus furiosa mortalitas non-
mixe. nunquam Deum, aliosq; coelestis regni consortes
incepsit, nemo in Eudæmonensiū ciuitate audit.
adè horribile ducūt, Deum, omnis boni fontes
& uitæ autorem, execrationibus irritare. Quod
si quis huius criminis reus arguatur, & conuin-
catur, euestigio ad supplicium ducitur: cui mox

Blasphemorum pena. per ceruicem extracta lingua abscinditur. In ea
enim opinione Eudæmonenses sunt: nisi malefi-
cos punirent, præsertim qui in Deum impij sunt,
ob unius flagitiosi ciuis delictū totam Rempub-
periclitaturam. Vnde & Hesiodum dixisse au-
tem:

tumnat: πονάδει λίου γύρηπασσα πόλις νανδ ανδ
διγός επαεγρα. Quid uero vulgatum? quid cōmu-
nius & usitatius blasphemias? quid etiam impuni-
tius? Parū uir esse creditur, nisi qui fortiter blas-
phemias eiusmodi intonet. Putant magni animi
indictum esse, talia diuorum conuicia ingemi-
nare. Iam quid Deo benignius & indulgentius,
qui impunitate hāc impietatem quotidie donat,
nec accelerat & festinat ultionem? Procerum
erat, in tales blasphemos animaduertere: nisi se-
curi cōmunicis tranquillitatis, ad suam rem essent
attentiores.

Prauos mores, & à ueterū disciplina patrijsq; Mores & de-
institutis degeneres corrigunt: nec minus oculati-
sunt in eiusmodi leuia vulgi uitia, quam in a-
trocia scelera: non ignari, ex minimis uitijs maxi-
mam sēpe uitiorum colluuiem inundare. Quare
principijs obstat, ne mora interiecta morbus in-
grauescens, maiore periculo sit resecandus. Si
& nostrates idem fecissent, non tam corruptum
esset vulgus: cuius ingenium incorrigibile, nunc
peccandi libidine penitus computruit. Ab initio
facilis nascenti malo medicina fuisse: sed quia
connixum sit ad minuta illa errata, immedicabi-
lis uitiorum lues emersit.

Peregrinari Eudæmonensibus non est fas, ni- Peregrina-
si impellat necessitas, aut negotium serium postu- tiones.
let. adeò

ler. adèo sedulò cauet senatus, ne quid peregrino
rum morum contagij attrahant ciues, quòd ex
hoc fonte omnis rerum publicarum pernicies na-
sci soleat. Qui autē non fert suos liberos iuxta
patrium ritū institui, iure ciuiū priuatur. Per-
spiciunt prudentissimi uiri, omnes promptiore
ingenio esse ad nequitiam, quam ad uirtutem.
Quare et negotiatores et mercatores paucis-
simos in sua ciuitate ferunt: quia horum culpa
et uitio saepe pubes optimè instituta, corrupti
soleat. In eos qui peregrinorum morum studiosi
nimium sunt, tale Epigramma, ex Pindaro, in æs
incisum, etiamnum legitur:

Ex Pythi- ἐγὶ φῦλον ἐρ αὐ-
cis. θρώνοισι μεταύτατοι,
ἐγις αἰχένωρ ἐπιχά-
εια παπίσαινε τὰ πόστω
μεταμόνιαθη-
ρούων αἰρέαταις
ἀλπισιμοῖς.

Intelligo nunc, quantum malorum Germaniæ sit inuectum, ex hoc, quòd recesserit à maiorum institutis, qui frugalitatem colebant, luxum horrebat, simplicitatem morum probabant: at ipsa ætas nostra peregrinarum nationum admixtu corrupissima, et luxu barbarico effeminatisima facta est. Quotusquisq; enim non patrum cultum

cultum fastidit: non incessus, conuersationes, mores, hic Hispanorum, ille Gallorum, tertius Italicorum effingimus? Displicent arma patria, peregrina placent. Nauseamus ad ueterum parsimoniam & uictus frugalitatem: luxum, uitæq; strepitum amamus. sic ne uestigium quidem pristinæ seueritatis ac temperantie superest. Mußitant principes, connuent magistratus, leges nullæ ueterem Germanicæ disciplinam uindicant. Lacerdemonij quondam militem scutiferum interemeret, quod scuto nonnihil purpurei panni praeter morem intertexuisse. in tantum horrebant exemplum peregrinæ luxuriae.

Sed & modus in uestitu ciuibus Eudæmonen-
sibus præscriptus est: aliis Senatoris, aliis priua-
ti, aliis patricij, aliis plebeij, aliis matronæ, a-
liis puellæ cultus atq; ornatus est. Luxū ex æ-
quo omnes horrent, & fugiunt. Arguit autem ue-
stis prudentiam, grauitatem, sanctimoniam, mo-
derationem, modestiam, aliosq; animi penitiores
affectiones, uirtutesq;.

Res magistratus aufficio geruntur. quod uul-
gus decernit, id suspectum habetur: propterea triū magi-
stratus res sunt Eudæ-
monēsium.
quod non ratione ductus, sed affectibus ablatus
plerumq; pessima perniciossissimaq; cōsulat. Nam
optima paucissimis placent: deinde cum diuersa
uulgi iudicia, contrariaq; studia sint, nihil boni
aut sani

110 De Eudæmonis repub.

aut sani loquitur, constituitq; Quare imperit*ē*
multitudinis suffragia non admittunt, sed à rebus
agendis ercent: quod hoc nihil inconstantius sit:

Plebs. nullus Euripus, nullum fretum tot motus, tantas
tamq; uarias agitationes habeat. Multa quoq; in
plebe imperitia est, nullusq; rerum delectus, &
ad prauitatem ingenita indoles: quam in scelus

Ex Xeno- & turpitudinem impellit egestas, inscitia, ac mo-
phone uer- res nulla eruditione conditi: omnia autem lucro
sa sunt hæc
herba. & pecunia metitur: ea studia, & eas artes solūm
in precio habet, que pollicetur questū, lux nōs
rā ἀλφίτα (ut Gr̄corum prouerbio dicitur) fa-
ciunt. Cæteras, quod nullam lucri spem p̄ se fe-
rant, despiciuntur: ad animū honorū pulchri-
tudinem, non secus ac lippus ad solis obtutum,
caltigat. Nec hæc ideo dico, quod populus Eu-
dæmonensis moribus tam corruptis sit, cuius ut-
te honestatem sepius prædicauit: sed ut occasione
mali sublata, status & ordines ac dignitas Reip-
retineantur: que facile labefieret, si vulgi arbit-
rio administraretur, quod ad ingenium suum,
leni ansa præbita, redire solet.

In pariete quo Curia ad forum spectat, pictus
est Phocion Atheniensis, qui è suggestu ad popu-
lum exestuantem loquitur: proditq; se esse illum,
quem oraculum omnīū sententijs aduersaturum
designarit, quod perspiceret inconditam multi-
tidinem

Commentariolus. iii

tudinem nihil sani nec agere, nec loqui. cuius pi-
etate talis est Epigraphe:

VVLGV S PESSIMVS RERVM
GERENDARVM AVTOR EST.

Idem uerba facit ad populū, qui cū manuum
strepiu plauderet & eius sermonem approba-
ret, conuersus ad amicos: Quid (inquit) nunc
mali quippiam dixi imprudens? Persuasum enim
habebat, nihil placere vulgo, quod ē recto iudi-
cio proficisceretur. Nec illa figura inscriptione
caret, nōn haec uerba saxo inscripta leguntur:

QVOD OMNIBVS PLACET, BO-
NIS VIRIS SVSPE-
CTVM HABETOR.

De ecclesiæ instituīs, & numinis cultu, nulla Religio,
prorsus dissensio est apud Eudemones: qui o-
mnium aliarum rerum summā, scopūq; ueram
religionem esse arbitrantur. quam ex lūpidissi-
mo Euangeliū fonte hauriunt, nullis supersticio-
num erroribus detenti atq; impediti, diuinorum
oraculorum interpretes non quosūs recipiunt:
sed eos tantū, quos uetus, eruditio, integri-
tasq; uitæ posteritati cōmendat. Tanta deuotio-
ne, tamq; prompto animo sacris intersunt, ac
Euangeliū conciones audiunt, ut ipsius spiritus
numine afflatos diceres: nulla hypocrisis, nulla à
catholica fide deflexio: nihil ambiguum, omnia
pure,

pura, sincera, candida, planeq; ipsum C H R I S T U M resipiscientia. Præcipuum religionis incrementum, & ecclesiæ ornamenti esse credunt, cùm pietas gliscit in populo, cùm uitæ decrescunt, boni mores augescunt, cùm sacra Euangeliæ doctri-
Ministri ecclæstrina uiget. Ministri ecclesiæ, quos, ut nos, sa-
clesti sacerdotes appellant, imitatione & uitæ & morum
dothes. C H R I S T U M ipsum referunt, cuius in mu-
neris successione se esse persuasi sunt: populū ad
pietatis officia, & Christianæ uitæ profectum,
suo exemplo inuitant. ab iudeo plebe docenda, sa-
cerdos faciundis, precibus Deo offerendis occupan-
tur. ideoq; magno in precio sunt: quorum tanta
autoritas & existimatio, ut illorum uerba ora-
culorum uice, uita exemplar uirtutis & integri-
tatis, officium & dignitas omnium suprema ha-
beatur: ab auaritia, libidine, uitæ luxu, aliorūq;
uitiorum inquinamētis alienissimi sunt: aluntur
autem ex publico Ecclesiæ ærario. Tantū uero
studium, tantus religionis ardor atq; estimatio,
ut si labascere hanc, cultumq; diuinum languere
& frigere animaduerterent, uniuersæ Reipub.
omniumq; saluti timerent. Quare pietatis & nu-
minis cultus acerrimi sunt uindices. Nec cuius è
trivio de religione permittunt iudicium: sed ijs
tantum, qui ex professo id negocij tractant. Si
ligione sta quæ m impudentius & arrogantius que in buccā
tuit. forte

forte uenerint, in religionem, & ecclesie constitutiones deblaterantē deprehendant, illicò è Repub. ejciunt, ut communis status ac incolumentis turbatorem, euersoremq;

Prorsus ab Eudæmonensium more abhorret, Inter scy-
inter pocula de rebus grauibus disputare. Intelli-
phos de se-
gunt prudentes uiri, quantū malorum sepe hinc
rijs loqui,
ortum sit, & quantam interdum uitios feneſtrā
non fas Eu
aperuerit, talis loquendi & disputandi libertas.
dæmonen-
sibus.

Mirabantur Eudæmonēses, apud nos tam uarias
religionis sectas, tot hæreses, tumultus, opinio-
nes esse: cum tamen C H R I S T I doctrina nulli
sit obscura, & tot episcopi, cardinales, purpura-
ti, papæ, sacerdotes, abbates, monachi præsideat:
quorum officium sit, hanc rem tam incertis opi-
nionum ac dissensionū labyrinthis implicatam,
expedire, ac extricare. Ego dicebam, ipsos secu-
ros in utramq; aurem dormire: magisq; de uitæ
strepitu, & crumenā nummis distendenda sollici-
tos esse, quam de rerum pace. Præterea cuili-
bet plebeio etiam inertissimo liberum esse statue-
re, aut rescindere in religionis causa, quicquid
collubesceret: neminem, aut per paucos esse, qui
ad Synodorum arbitria ac autoritatē, rem tan-
tam statuat.

Annonæ suum premium præstitutum, fixumq; Annonæ
est: nec ius cuiq; est merces pro arbitrio uēdere. premium.
i alioqui

114 De Eudæmonis repüb.

alioqui hominū prauitate cō excreceret rerum
caritas, & estimatio, ut in ipsa affluentia & co-
pia egerent ciues: omnes enim apprimē dociles
sumus ad auaritiam. Si quis rem aliquam pluris
uendat, quam consuetudo ferat, multā unā cum
re producta pendere cogitur.

Maledici Maledicos, obirectatores, sycophantas, qui
& fyco- bonorum famæ insidiantur, & odia sua in alio-
phantæ. rum perniciem destinant, ciues q; in mutuam ra-

Fures. biem inflammant, ē ciuitate ejiciunt. Fures, ut
Ocio de- nos, in crucem affigunt. Ocio imutili languentes,
diti. aut compotationibus & luxui nimium indulgen-
tes, seuerē puniunt. Vident enim optimi uiri, ex
turpi ocio saepe magna uitia nasci: non nunquam
quoq; Reipub. perniciē ex hoc suppulula scere.

Malefici o- Maleficos omnes, latrones, homicidas, prodi-
mnis gene tores, & hostes patriæ, incendiarios, adulteros,
ris. &c. ē medio tollunt. Quamuis hoc genus scele-
ratissimorum hominū, rariissimū sit in Macaria.

Publica Celebrantur etiam publica prandia, ac conui-
prandia. uia, apud Eudæmonenses: quæ olim Lacedemo-
nijs pœdiliziae, nō ovosiriae dicebātur: ad quæ cōue-
niunt primarij ciuitatis uiri. nec de ridiculis, scur-
rilibus, aut etiā sœdis rebus, (qui apud nos in-
oleuit mos) fabulatur inutiliter, sed de serijs Rei-
pub. & cōmunis incolumitatis negotijs tractant.
Quæ mundicies, quam lauta frugalitas, quam hi-
laris

*Taris modestia, atq; festiuā seueritas illis in conui
uijs cernitur?*

Optimam hæreditatem liberis suis parentes Hæreditas
relinquere uidentur, si honestis disciplinis, & optima a-
probiis moribus imbuendos de tenera statim un. pud Eude-
qui current. Probro autem datur, si quis nimium
anxiè & sollicitè natis suis opes congerat: unde
maior luxui materia suppetat, & otium alant
commodius. Doctos enim & bonos viros, non
opulentos, ciuitati emolumento fore autumant:
& fortunam lautam sponte sequi uirtutem. De-
niq; *banc summam administrationis Reipub. esse* Summa ad
existimant, quemq; publicum negocium aut mu- ministrati-
nus gerentem, semper, omni in casu, statu, tempo Reipub:
re, causa, loco, iustitiae inseruire, & quietatem tue-
*ri, malos & scelerosos insectari, exagitare, ulci-
sci, extirpare pro uirili: bonos honore prosequi,
colere, & benignè fouere. Quare aureis & gran-
di sculis literarum notis hoc epigramma inscri-
ptum marmori in foro cernitur:*

Ιδλοὶ μητρὸι οὐδὲ γότες τὴν δίκην βέβαιην γένεται,
λιγότεροι ναῦνοι θρησπόντες πανταχός λιγότεροι ἀει.

Ex Euripa:
Hecuba.

Qui rude donati, & à publicis munericibus di Rude de-
missi sunt, alūtur ex publico: quemadmodū olim nati & eme-
Athenienses, bene meritos de communi statu, in riti ex pu-
Prytaneum recipiebant. Si quisquam Eudæmo blico alū-
mensium insigne facinus in bello ediderit, ho- tur.

116 De Eudæmonis repub.

norifico præmio afficitur: temporisq; progressu,
si spem de se destinatam non fæsllerit, ad amplif-
simos honores eucabitur.

Bellum &c. Pacem bello longè præferunt. illam enim di-
cunt esse matrem fælicitatis, & florem Reipub.
hoc ferè omnis generis calamitatū pelagus, per-
niciemq; publicam. Quòd si tamen ob commu-
nem ciuitatis statum retinendum & salutis peri-
culum depellendum, suscipiendum bellum sit, dici
non potest quanta prouidentia, quo consilio il-
lud administrat, quantis animis gerant: nemo est
qui non uitam neglectui habeat, mortem pro pa-
tria oppetere gestiat. Itaq; prospéro successu ple-
risq; bellis confectis, uictoriam reportarunt.

Munitio-
nes Eudæ-
monis.

Afflictis re-
bus ad diui-
nā opē con-
fugiunt.

Artes me-
chanicæ.

Ciuitas ipsorum tam bene munita est, ut nul-
lus hostis fuerit, qui non prima fronte, ipsoq; sta-
tim intuitu, omni rerum potiendarum spe depul-
sus sit. In angustijs & rebus afflictis, fiduciae &
spei pleni, ad diuinum auxilium confugiunt, nec
unquam destituuntur: nihil arduū aut magnum
aggregiuntur, nisi prius numinis ope implorata:
quod ubi offensum suspicantur, illicò supplices
placent, puraque mente & pijs precibus litant.

Artes, quas Mechanicas & sedentarias uoc-
ant, parum liberales habentur Eudæmonensi-
bus: primùm quòd corpora ipsorum incommo-
dent & atterant, qui hisce utuntur. Corporum
autem

autem detimenta, animorū quoq; uim minuunt.
 Præterea ad Rémpub. inutiles putantur manus
 rīj, qui in humiles tantum, sordidasq; res oculos
 defigunt, animoq; sunt deicto. ob quam causam
 has artes quondam apud Spartanos quoque so-
 lūm mancipia attingebant. Agriculturam ta- Agricultu-
 men liberali homine dignissimam iudicant. Cœ= ra.
 terūm nō indigent opificio negotioso ad quæstū,
 cum paruo contenti uiuant: diuitias autem in to-
 tum neq; admirētur, neq; magnopere desiderēt.
 Vbi nunc nostrorum hominum tartarea habendi Auaritia.
 ingluviis? ubi harpagones isti, qui turpisimis
 & inhonestissimis rationibus opes cumulant,
 sordidisimis quæstibus rem sibi parat? qui leuius
 ferunt totius ciuitatis detrimentū, quam paruae
 pecuniolæ dispendium? O' corruptissima tempo-
 ra, & homines ab honestate degeneres.

Eudæmon metropolis est totius insule Maca Eudæmō.
 rie, in cuius meditullio est sita. Sic autem suam
 ditionem administrant. Per singula oppida &
 pagos, præfectos constituunt, quorum prudentia
 & arbitrio Republicæ gubernentur, populiq;
 passim S. P. Q. Eudæmonensi subiecti, incolu-
 mes contineantur. Singulis quibusq; annis Eu-
 dæmonensis magistratus ex ordine municipia &
 pagos lustrat ac uisit, quos animaduertit credi-
 tam sibi prouinciam probè administrasse, terram

Hec ferè
 Xenophon
 in Oecono-
 nomia de
 Cyri re-
 gno.

118 De Eudæmonis repub.
item bene cultam si uideat, arboribus & fructi-
bus uberem fœcundamq; & edificia bene instaura-
ta: hos alia ampliore prouincia honestat, prete-
rea muneribus ornat ac cumulat. Contrà si offen-
dat terram sterilem, horridam, arbustis sentibusq;
confitam, domos collapsas, ciues paucos, eosq; mi-
feros, & exactioribus spoliatos, alijs prouinciam
tradit: priori autem grauem multam infligit,
& cum magna ignominia officio motū ablegat.

Descriptio

Eudæmo-

nis. Sed ut eo clariss Eudæmonensiū Reipub. am-
plitudo ac dignitas effulgescat, paucis describe-
mus ipsam urbem. Figura itaq; ipsius circularis
est. Portæ quatuor, mira operum mole constru-
ctæ: quarum prima Orientem uersus, secunda ad
Meridiem, tertia ad Occasum, quarta denique
ad Septentrionem spectant. Triplici muro ex la-
terculo coctili instructo cingitur: qui distingui-
tur tribus fossis perennem aquam continentibus.
Aedificia mœnibus nō sunt admota, sed medio-
cri spacio absunt: ambitusq; perpetuus intra mœ-
nia circumductus est. Hæc autem causa fuit, cur
totam urbem nō occuparent tectis: ut uidelicet,
si quid tumultuum oriretur, aut hostes assiliret,
milites consistere possent: si inquam externa uis
ingrueret, satis ampla area esset aciebus, & pra-
fidijs. Exinde plateæ usq; ad mediū ciuitatis por-
riguntur, ubi omnes coeunt, ueluti lineæ ex cir-
cumferent;

Commentariolus.

119

cumferentia seu extimo ambitu ad centrum du-
cuntur: rursus ipse transuersim plateæ alio ambi-
tu interiore interseptæ sunt, quo expeditior uia
sit in quoscunq; ciuitatis angulos currendi, aut
equitandi. Curia in ipso puncto circularis ciuita-
tis sita, magnificenissima, planeq; regia est, faber-
rimis sculpturis uariarum imaginum et epigram-
matum insignita. Ceterum ciuium domicilia splen-
dida et honesta sunt: ipsi machinis bellicis omni-
bus egregie instructi, omnibusq; reb. que ad bel-
lum requiruntur, ut facile quantamvis hostium uim
propulsare queant. Turres habent munitissimas,
quarum fundamenta altius 20 pedibus in terram
demissa sunt. Vinetis, aruisq; fertiliissimis, om-
nisq; generis frugum uberrimo prouentu nulli
laudatissimarum regionum, imo ipsis quidem For-
tunatis insulis non cedit. In editiore loco ipsa urbs
sita conspicitur, quo uentis et auris salubriori-
bus sit magis exposita. Sed subiectio schema;
quantum ego uidere potui, ut urbs quam

Laconice descripsi, oculis
patescat.

i 4


Macat-

MACARIAE ET EUDAE-
MONIS TABELLA.



Hec

MACARIAE ET EUDAE-
MONIS TABELLA.



Hec

122 De Eudæmonis repub.

Hec ferè sunt, quæ de Eudæmonensium Repub. dicere compendio licuit: quæ si latius diffundere adlibuisse, aut alia quoque innumerabilia Eudæmonensium instituta ac leges huc afferre, singulaq; recensere, quæ ad ornamen-tum & gloriam Macarie ualent: parua pagella in ingens uolumen excreuisset. Tertia autem luce Eudæmone discessi, & per Macariam u-nius diei iter habui, usque ad mare. Postera-
luce emensa æquoris uia, domum
reuersus sum.

DE EUDÆMONENSIVM
republica Finis.

PENIAE QVERELA AD IO
uem: ad M. Ioannē Fabri, prudentissimum
uirtutis, & iureconsultum, archigram-
mateum Sclestatinum.



Vppiter omnipotēs, scelerum
rigidissime uindex,
Qui Phlegetontea crimina
punis aqua:
Nec pateris longūm uiolentos
esse beatos,

Et tumidos ualida deiçis ultor ope:
Accipe, quas fundo iustas, Rex summe, querelas,
Et tua sit uerbis auris aperta meis.
En laceram Peniā (me hoc dicunt nomine Graij,
Paupertas Latio nuncupor ore) uides:
Quæ facies, quæ forma mihi, quis corpore cul-
luppiter, ista oculis sunt manifesta tuis. (tus,
Non mea membra (uides) Tyrio uiciata ueneno
Purpura, nec Sérum uellera picta tegunt.
Non ego regales inter pinguescere luxus
Affoleo, Siculas aut agitare dapes:
Non ebore, aut auro mihi splēdida tecla renidēt,
Non etiam est alto strata tapete domus:
Non sum diues agri, nec me uaga plurima campo
Vacca beat, paruum uomere uerto solum.
Nec sequitur forā per gradientē turba clientum,
Nec Ganymedæa pocula sumo manu.

Non

Non ego magnorum celebro commercia regum,
 Nemo uidet pruidam tecta subire ducum.
 Nemo mihi assurgit, nemo me poplite flexo
 Suspicit, ut curuam nemo salutat anum.
 Non mihi sunt census, no, queis defendere uitam
 Possim, sunt pinguis annua lucra sati.
 Non mihi pampinei fundūt noua musta racemī,
 Nec patulo uitis colle Falerna uiret.
 Turpiter assutis sarta est toga, & obsita pannis,
 Corporis ornatus scissa lacerna mei.
 Rupta pelle patet uilis mihi calceus, udam
 Calco, siue niues, siue sit imber, humum.
 Pocula dulcis aquæ siccis è faucibus arcent
 Plena sicut, stomacho dulce medetur holus,
 Atq; Ceres: harum nunquam me copia rerum
 Deserat, & suero sorte beata mea.
 A pluia & uentis me tegula parua tuetur,
 Stramineo lecto fessaq; membra leuo.
 Solaq; desertas peragro spretissima terras,
 Nec est desertæ qui ferat ullus opem.
 Me fugiūt ueluti squamosum terga draconem,
 Haud puto sic Stygium terribilem esse canē:
 Isthæc non graue ferre fuit: nec digna querelis
 Res fuerat, quamuis uix toleranda tamen:
 Que me sollicitat longè est iniuria maior,
 Grandior est que me, ô bone, causa mouet.
 Casibus insultant nostris, quos euehit aura
 Prospera,

Prospere: cum potius sim miseranda pīs.
 Si quis prætereat locupletum, despuat in me,
 Atq; uices tumidus ridet acerbē meas.
 Ille notat digito medio, et suspendit aduncis
 Naribus, ast alter turpia probra iacit:
 Tertius impingit calcem, protrudit cuntem
 Obuius, et linguam hic exerit ore suam.
 Turbaq; posticis abeuntem plurima sannis,
 Ostenso post me ludere dente solet.
 Hic iacet in foēdam mordacia scommata uestem,
 Huic facies præbet puluerulenta iocos.
 Me rident, in me mingunt pueri atq; puellæ,
 Nare putant dignam fœmina uirq; sua:
 Me licet insignis probitas comitetur, et altæ
 Gloria uirtutis, Pieridumq; chorus:
 Iam quoq; fama meæ totum præclara per orbem
 Doctrinæ uolet, et surgat in astra poli:
 Diues mellito manet facundia ab ore,
 Et melos è nostro gutture dulce fluat:
 Et sit iuncta simul iucundis gratia diciis,
 Contulerint Charites omnia dona mihi:
 Eijsior, trudorq; foras, in terga recepto
 Verbera: nam dotes hæ minus asse ualent.
 Nunquam sacrilega uiolauit templa deorum,
 Nunquam diripui mystica fana manu:
 Nemo mei cecidit funesto uulnere teli,
 Nullius cuerti sanguinolenta larcis.

Non

Non ego fœcundo depono in fœnore nummōs,
 Alterius nunquam retia tendo bonis.
Odi letifera mendaces aspide peius,
 Odi etiam lingue dira uenena malæ:
Ardeo sinceræ calido pietatis amore,
 Fatidicamq; Themis, iusticiamq; colo.
 Sed mea purpurei spernunt commercia reges,
 Tædia principibus, Cæsaribusq; fero.
Magnificis procerum sordens fastidior aulis,
 Sublimis Romæ curia clausa mihi est.
 Ad magnos soli est aditus præclusus honores,
 Creduntur curæ munia nulla meæ.
Pollens consilijs dicor, sophieq; repertrix:
 Nemo tamen tanti munera nostra facit.
 Sit sur, sit nebulos, latro, pollutus adulter:
 Si loculi tumeant ære, senator erit.
 Diuitibus solis data sunt moderamina rerum:
 Virtus stultorum sub pede pressa iacet.
Quo nō credillerā, uel maxima nausea nostri celi;
 Suprema est rerum, pontificalis honos:
 Papæ tamen celæ quatit extra limina portæ
 Me miseram, atq; graues subiicit inde minas.
 Sacrifici excludunt, Abbates dira minantur,
 Et toto palmam Platos in orbe tenet.
 Huic cedit Virtus, pietas, mens conscientia recti,
 Porrigis huic uictas Calliopeia manus.
 Hec tu, qui magnū nutu moderaris Olympum,
 Accipiens,

Accipiens, rapi as uindice tela manu:
 Atq; ignes stolidum rutilos iaculeris in orbem,
 Et tales hominum fulmine perde lues:
 Quo tandem læsi experiantur numinis iram,
 Discant virtutis pluris habere decus,
 Quām genus, atq; auri magnos fulgetis aceruos,
 Et quām deauratae tecta superba domus:
 Illa tuum supplex, spaciofa uolumina cœli
 Qui torques, numen nuda Peniarogo.
 Hos, speclate Faber, uersus mea rustica panxit
 Musa tibi: hosce boni consuluisse uelis.

GASPARVS STIBLINVS
civitatis.

**BASILEAE, EX OFFICI-
 na Iohannis Oporini, Anno Salutis humi-
 ne M. D. L V. Mense
 Novembri.**

1827142

CCN 1338022688